Breslau
1909

DE CLAVSVLIS QVINTILIANEIS

DISSERTATIO INAVGVRALIS
QVAM AMPLISSIMI
PHILOSOPHORVM VRATISLAVIENSIVM ORDINIS
CONSENSV ET AVCTORITATE
AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
VNA CVM THESIBVS
DIE XXIX MENSIS MAII ANNI MCMIX HORA XII
IN AVLA MVSICA
PVBLICE DEFENDET

IOSEPHVS GLADISCH
SILESIVS

ADVERSARII ERVNT
STEPH. SIKORSKI DR. PHIL.
AD. MAREK DRD. PHIL.

VRATISLAVIAE
TYPIS IMPRESSIT H. FLEISCHMANN
MCMIX

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTVLIT

FRANCISCVS SKVTSCH

EXAMEN RIGOROSVM HABITVM EST DIE XIII MENSIS IANVARII

FRANCISCO SKVTSCH

SACRVM

Prooemium.

Propositum mihi est disserere de clausulis a Quintiliano in opere, quod ,institutionis oratoriae l. XII' inscribitur, usurpatis, quam rem neminem adhuc aggressum esse mirum videtur esse. Nam ab anno 1881, quo Georgius Wuest primus clausulas Ciceronianas illustrare conatus est, usque ad haec tempora de clausulis et Graecorum et Romanorum scribi non desitum est. Qui viri fuerint quasque clausularum formas posuerint, Zielinskius in libro ,de clausulis Ciceronianis (cf. Philologi suppl. IX. p. 593—844)' egregie docet. Idem Zielinskius aliter sentiens atque illi qui ante eum de clausulis scripserunt, hanc formam — ◡ — | — ⏓ brevissimam esse ostendit, ex qua, quot syllabis auxeris ita, ut breves longaeque varient, tot novae clausularum formae proficiscantur.

Atque quoniam constat Quintilianum Ciceronem et admiratum et imitatum esse, iure me contendere posse puto Quintilianum etiam in clausulis formandis Ciceronem secutum esse. Neque me vana dicere concedent, qui quae nunc disseram, perspexerint. Ea autem, quae proferre in animo habeo, ad has res pertinebunt:

Pars prima ad clausularum formas a Quintiliano usurpatas, de quibus fusius disserere inutile non erit. In fine autem huius partis pauca de singularum clausularum copia dicam.

Parte altera exponam, qualis fuerit in clausulis accentus, quemadmodum Quintilianus verba enuntiaverit, ceterasque observationes, quae ad rem grammaticam pertinent, proferam.

Pars tertia ad rem criticam pertinebit. Nam supervacuum non erit exemplis Quintilianeis ostendere nos re vera clausulis observatis instrumentum quoddam criticum invenisse, cuius opera verba scriptoris a corruptelarum sordibus purgare possumus.

Pars prima.

De clausularum formis[1].

§ 1.

De clausularum formis in universum dicitur.

Secundum ea, quae E. Müller (‚de numero Ciceroniano', Berol. 1886), Nordenus („Kunstprosa", Lips. 1898 tom. II, app. II), Wolffius (‚de clausulis Ciceronianis' in suppl. XXVI. annal. phil. class.), nuperrime Zielinskius (cf. p. 1), viri illi doctissimi, docuerunt, permultae quasi principales clausularum formae sunt, quarum brevissimam hanc — ⏑ — | — ⏓ esse iam supra (p. 1.) commemoravi. Neque vero formas omnium usitatissimas has primas quattuor esse negari potest:

I. — ⏑ — — ⏓
II. — ⏑ — — ⏑ ⏒
III. — ⏑ — — ⏑ — ⏓
IV. — ⏑ — — ⏑ — ⏑ ⏒

Quodsi ad formam quartam brevis sive longa syllaba adiuncta erit (sed ita, ut clausula in trochaeum sive spondeum exeat), quinta: — ⏑ — — ⏑ — ⏑ — ⏓ efficietur; syllaba brevi sive longa ad hanc formam quintam: — ⏑ — — ⏑ — ⏑ — ⏑ adiuncta fiet sexta: — ⏑ — — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏒, et sic pergitur.

Constat autem omnes clausularum formas mutari posse, idque his legibus fieri mihi videtur:

---

[1]) Statim adnoto me ex primis tribus libris ‚institutionum oratoriarum' omnes clausularum formas exscripsisse. Neque tamen his tribus libris solis nixus ea, quae in tribus huius dissertationis partibus dicturus sum, explanabo: in rebus gravioribus omnium XII librorum rationem habui. Ceterum mihi est adnotandum eam clausulae partem, quae *basis* vocari solet et qua clausula incipit, a me *incipientem partem* appellari, illam autem, in quam clausula exit, *partem finientem*.

1) Incipiens pars omnium clausularum ita formari potest, ut pro cretico molossus aut choriambus [nonnumquam dactylus [1])] substituatur.

2) In finiente parte omnium clausularum — forma secunda excepta — theses longis syllabis pro brevibus adhibitis effici possunt.

Formae autem eo modo effectae sunt hae:

1) — ∪ —	— ⏓
— — —	— ⏓
— ∪ ∪ —	— ⏓
2) — ∪ —	— ∪ ⏒
— ∪ ∪ —	— ∪ ⏒
2) — — —	— ∪ ⏒
3) — ∪ —	— ∪ — ⏓
— ∪ ∪ —	— ∪ — ⏓
— ∪ —	— — — ⏓
— ∪ ∪ —	— — — ⏓
3) — — —	— ∪ — ⏓
— — —	— — — ⏓
4) — ∪ —	— ⏒ — ∪ ⏒
— ∪ ∪ —	— ⏒ — ∪ ⏒
4) — — —	— ⏒ — ∪ ⏒, etc.

Quibus in formis omnes longas syllabas, quae arsin (praeter ultimam) efficiunt, in duas breves solvi posse nemo est qui nesciat. Sed longum est omnes formas solutione longarum effectas enumerare, praesertim cum ex exemplis, quae in singulis clausularum formis explanandis afferam, facile cognosci possint.

Sed nunc, quoniam de clausularum formis in universum satis dictum est, singulas formas perscrutari tempus erit. Quas iam omnes deinceps pluribus verbis describam.

---

[1]) De dactylo in parte incipiente adhibito conferas ea quae dicam in cap. VI; ibidem anquiritur, num epitritus (— ∪ — —) in parte incipiente sit admittendus.

Cap. I.

De forma I.

§ 2.

Ordiamur si placet ab illis, quae scriptor noster ipse de hac clausula dicit:

IX 4,97 *spondius quoque non eodem modo semper se habet: optime praecedet eum creticus, ut in hoc: ‚. . . crīmĭnīs cāusā'. Non nihil est, quod supra dixi multum referre, unone verbo sint duo pedes comprehensi an uterque liber. Sic enim fit forte ‚crīmĭnīs cāusā', molle ‚ārchĭpīrātæ', mollius si tribrachys praecedat, ‚(—) făcĭlĭtātēs', ‚(—) tĕmĕrĭtātēs'.*

IX 4,98 *potest etiamsi minus bene* (spondio) *praeponi anapaestos: ‚. . . [vēr(um)] ĕtĭām nōtā'.*

IX 4,100 *ex iis quae supra probavi, apparet molosson quoque clausulae convenire, dum habeat ex quocumque pede ante se brevem: ‚. . . ēssĕ prō nōbīs'.*

IX 4,101 *et adhuc peius* (cludet spondius) *priore paeane, ut ‚Brūtĕ dŭbĭtāvī'.*

IX 4,104 *accipiet ante se choreus et pyrrichium: ‚. . . dignitātĕ | sŭpĕrābăt'.*

IX 4,106 *idem trochaeus* (= tribrachys) *praecedente longa fit paean, quale est . . . . ‚dīxĭt | hōc Cĭcĕrŏ', ‚ōbstăt | īnvĭdĭă'.*

Quos locos si perspexeris, non dubitabis, quin non modo huius clausulae forma principalis — ⏑ — — ⏓, sed etiam illae formae solutione longarum syllabarum effectae Quintiliano notae fuerint.

§ 3.

Nunc autem nonnulla exempla afferam: I 1,37 *prăvĭtātĕ dūrāntŭr* — I 3,10 *ĭmpĕtū iăcĕăt* — II 5,21 *vĭrĭs vĭdēbūntŭr* — II 16,16 *ĭnĭmĭtābĭlĭă* — III 6,32 *iūrĭdĭcĭālĕm.* Pars autem incipiens et formae I et reliquarum omnium non solum uno cretico constare potest, sed etiam duobus, tribus, quattuor, quin etiam cretico coniuncto cum aliis pedibus, cuius rei Zielinskius neque rationem neque mentionem

habuit[1]). Neque tamen haec levia esse infra videbimus. Atque ut ea plane cognoscas, optimum mihi videtur esse, singulos pedes partem incipientem efficientes deinceps perscrutari[2]).

§ 4.

De creticis ante formam I. collocatis.

A) unus creticus ante formam I. invenitur,

a) solus: I 7,14 *ūsĭtàtīssĭmì mōrĭs*, — II 17,34 *ĭmpĕrà-tōrĕ còntēndĭt* — III 10,5 *āctĭònĭs rĕpèllātūr.*

b) coniunctus cum aliis pedibus:

α) cum choriambo: I 10,34 *pērcĭpĭèndī vĕnìr(e) īndĕ còncēdūnt* — II 6,3 *prǽcĭpĭènt(em) áudìūnt quám rĕprèndēntèm* — III 6,67 *generālĭbūs ìntēllĕgò pŏssĕ rèmŏvērī.*

β) cum molosso, quem creticus praecedit: I 1,15 *dĭs-cĭplìnārūm càpĕr(e) ĕt lăbòrēm pătì pŏssĕt* — II 17,23 *fortāssĕ sìt quī pērsuàdērĕ fīnēm pŭtàvērŭnt* — III 6,96 *ābdĭcàtūs nē quìd dē bŏnìs pātrĭìs căpĭăt.*

B) duo cretici ante formam I. inveniuntur,

a) soli: I 1,8 *ĕt vĕlùt iūrĕ quòdăm pŏtèstātìs* — II 2,6 *dictiōnĭbūs nĕc mălìgnūs nĕc èffūsŭs* — III 6,68 *translātĭònĭs stātùm pŏssĕ rèpĕrīrī.*

b) coniuncti cum aliis pedibus:

α) cum choriambo: II 4,32 *autēm spĕcĭòs(a) hǽc ĕt ùtĭlĭă s(i) òrĭūntŭr èx cáusă.*

β) cum molosso, quem creticus praecedit: III 7,2 *ĕx sĕnàtūs cōnsùltō măgìstrātĭbūs sǽpĕ màndāntŭr.*

C) tres cretici ante formam I. inveniuntur atque soli: I 5,60 *nĕc ălĭēnīs ègĕr(e) īnstĭtùtĭs fătèbāntŭr* — II 4,9 *sīc ĕt ànnōs fĕrènt ĕt vĕtùstātĕ pròfĭcĭènt* — III 7,24 *līttĕrārūm qu(am) Ăthēnīs hŏnòrĭs mĕrèbūntŭr.*

---

[1]) Sed iam Nordenus et imprimis Wolffius hanc rem attigerunt.

[2]) Quarum clausularum omnia quidem exempla in dissertatione ordini philos. Vrat. tradita attuli, sed angustiis spatii plurima omittere cogor.

§ 5.

De choriambis ante formam I. positis.

A) unus choriambus ante formam I. invenitur,

a) solus: I 12,14 *sūppĕdĭtābăt tămĕn tĕmpŭs* — II 2,15 *prăecĭpĭĕndŭm quĭdĕm crēdŏ* — III 4,10 *dīcĕrĕ sērmōcĭnātrīcĕm.*

b) coniunctus cum aliis pedibus:

α) cum cretico: I 2,2 *ĕst tămĕn dīssĭmŭlānd(um) ēssĕ nōnnūllŏs* — II 10,1 *suasōrĭās iūdĭcĭālēsquĕ mātĕrĭās* — III 3,14 *divisiōnĕ nōllĕnt ĭn ĭdĕm nōmĕn incĭdĕrĕ.*

β) cum molosso, quem cretici praecedunt: II 16,8 *perīcŭl(a) ĭnĕūntĭbŭs lăudĕm vītā pŏtĭōr(em) ēssĕ pērsuādĕt.*

B) duo choriambi ante formam I. inveniuntur,

a) soli: II 21,7 *nōn prŏprĭăm rhētŏrĭcēs ēssĕ dīxērŭnt.*

b) coniuncti cum creticis praecedentibus: I 12,19 *velūt nŏvŭm sūmĕt ēxōrdĭ(um) ĕt ăd rhētŏrĭs ōffĭcĭă trānsĭbĭt.*

§ 6.

De molossis ante formam I. collocatis.

A) unus molossus ante formam I. invenitur,

a) solus; sunt autem tres molossi formae:

α) — — —: I pr. 2 *nōn ĭnĭūstĕ vĭdērēntŭr* — II 3,9 *lāssī plērūmquĕ dēvērtŭnt* — III 1,21 *eōrūm lāudī sŭŭm tĕmpŭs.*

β) ◡◡ — —: I 1,18 *făcĭēnt ēx quō lŏquī pŏtĕrŭnt* — III 6,80 *ĕtĭăm nātūră prăescrībĭt.*

γ) — — ◡◡: I 5,36 *pōssĭt fĭĕrī sŏlăecĭsmŭs.*

b) coniunctus cum aliis pedibus,

α) cum uno cretico: I pr. 16 *bonō mŏdŏ nōn ĕt vĭr pēssĭmŭs lŏquĭtŭr* — II 4,26 *praeparārĕ nōs cōniēctūrālĭbŭs cāusĭs* — III 7,14 *certissĭmŭm făcĭŭnt mŏr(um) ēxpĕrĭmēntŭm.*

β) cum cretico, quem praecedit choriambus: I 10,48 *ōbsĭdĭōnĕm Sўrăcūsār(um) ĭn lōngĭŭs trāxĭt* — II 16,14 *nōs sŏcĭōs ēssĕ cŭm dīs īmmōrtālĭbŭs vŏlŭĭt* — III 6,45 *lēgĕ sĕd īllŭm quŏqu(e) ŭt iūstē fēcīssĕ vĭdĕāmŭr.*

γ) cum dicretico: I 1,35 *pōstĕā prŏprĭŭm tĕmpŭs dēsīdĕrātūrăm* — II 17,41 *ĕt cŏēxērcĭtātīs ăd fīn(em) ūtĭlĕm vītăe* — III 6,15 *aliquandō stătŭm făcĕr(e) ŭt ĭn cōniēctūrālĭbŭs cāusĭs.*

δ) cum choriambo: I 8,6 *fīrmĭŭs ǣtātīs rōbŭr rĕsērvēntŭr* — II 14,5 *ōmnĭă rūrsŭs dīdūcūntŭr ĭn spĕcĭēs* — III 6,65 *dispōnĕrĕ paūlō sīgnĭfĭcāntĭŭs cōnŏr.*

B) duo molossi ante formam I. inveniuntur,

a) soli: I 1,2 *nōn nātūrām dēfēcīssĕ sēd cūrăm* — II 5,2 *desiderāntēs ēxēmplūm nōstrūm sĕquēbāntŭr.*

b) coniuncti cum aliis pedibus,

α) cum uno cretico: I 7,13 *fortāss(e) ĕnĭm sīcūt scrībēbānt ĕtĭām lŏquēbāntŭr* — II 8,11 *āltĕrĭūs nātūrā mīscēnd(um) ārbĭtrārētŭr* — III 9,3 *orātĭōnīs tōtĭūs pārt(em) ūn(am) ēssĕ crēdēndŭm (e)st.*

β) cum dicretico: I 6,37 *quĭă grĕgātīm vŏlēnt dīctōs vŏlŭit pērsuādērĕ Cĭcĕrōnī*[1]) — III 7,16 *solūs quĭs aūt prīmŭs aūt cērtē cūm paūcīs fēcīssĕ dīcētŭr.*

γ) cum choriambo: III 8,6 *ălĭquĭd ĭn ōmnī mātĕrĭă nātūrālĭtēr prīmŭm.*

§ 7.

De dactylis ante formam I. positis.

A) unus dactylus ante formam I. invenitur,

a) solus: I pr. 6 *pīgnŏrĕ iūdĭcābāmŭs* — I pr. 6 *perdūcĕrĕ dēstĭnābāmŭs* — II 15,15 *rhētŏrĭcēn pŭtāvērūnt* — II 17,6 *āccĭpĭāmŭs ēst pŏsĭtŭm* — III 6,78 *iūssūs ăb īmpĕrātōrĕ.*

b) coniunctus cum aliis pedibus,

α) cum cretico: II 2,10 *īnvĭcēm quālĭăcūmquĕ laūdāndĭ.*

β) cum molosso: III 11,8 *quaestiōnēs ōmnēsquĕ sŭōs stătūs hābĕānt.*

B) dactylus sibi ipse iunctus ante formam I. invenitur: I 4,24 *sēxŭs ŭtērquĕ pĕr āltĕr(um) āppārēt* — II 3,11 *dīcēnt quŏd ĭnūtĭlĕ nōn sĭt ĭmĭtārī* — III 2,4 *ūrbĭbŭs āc sĭnĕ lēgĭbŭs gēntēs.*

---

[1]) Hunc ordinem verborum e cod. A recipiendum esse clausula docet, quae multo melius cludit quam quae in reliquis codd. exstat: *dictōs Cĭcĕrōnī pērsuādērĕ vŏlŭĭt.* Accedit quod voce *Ciceroni* in sententiae fine posita, illud *‚ad eum enim'*, quod sequitur et ad illam vocem pertinet, melius se *Ciceroni* adiungit.

§ 8.

Sed omnibus exemplis earum formae I. clausularum allatis, quarum pars incipiens et ex pluribus creticis meris et ex creticis coniunctis cum aliis pedibus composita est, haud alienum mihi videtur esse disserere, quot eius generis clausulae inventae sint. Quam ob rem tabellas quasdam proponere constitui.

A) clausulae formae I., quarum pars incipiens pluribus pedibus constat, inter se comparantur:

clausulae f. I. auctae:	lib. I	lib. II	lib. III	Summa	%
creticis	99	77	69	245	$36^1/_3$
choriambis	26	31	18	75	$11^1/_9$
molossis	108	85	92	285	$42^2/_9$
dactylis	19	31	20	70	$10^1/_3$
summa	252	224	199	675	100

B) clausulae formae I., quarum pars incipiens pluribus pedibus constat, cum omnibus clausulis f. I. comparantur:

clausulae formae I	lib. I		lib. II		lib. III		Summa	
pedibus auctae	252	$=56^1/_3$%	224	$=52^1/_4$%	199	$=55^2/_3$%	675	$=54^3/_4$%
omnes	447	= 100%	429	= 100%	357	= 100%	1233	= 100%

Quae qui perspexerint, non dubitabunt mecum contendere

1) clausulas f. I., quarum pars incipiens pluribus pedibus constat, non raro inveniri,

2) consulto, non casu factum esse, ut tot clausulae f. I. pedibus quibusdam augerentur.

§ 9.

Quibus expositis venimus ad duas formas ex clausularum forma I. principali derivatas, quae sunt: — ◡ ◡ — | — ⏑̲ et — — — | — ⏑̲. Atque primum quidem de hac forma dicamus, deinde de illa. Optimum autem mihi videtur esse exempla huius clausulae in primis III libris inventa omnia proferre[1]), cum illa clausula a Quintiliano semper sic formata esse mihi videatur, ut formam — — — | — ⏑̲ cretici aut choriambi — interdum molossus, sed numquam nisi creticum sequens — praecedant:

A) exempla creticis aucta:

a) uno cretico: I 3,6 *continēt mĕtŭs quōsdām dēbĭlĭtăt* — II 4,27 *emblēmătĭs ēxōrnārēntŭr* — III 6,50 *actiōnĕ iŭs īntēllēgĕrētŭr* — Reliqua exempla: I 6,40 (*intellecta*); I 7,28 (*apparet*); I 9,4 (*fecisset*); I 10,43 (*circumductu*); I 10,47 (*terrerentur*); II 4,5 (*adstringat*); II 4,10 (*conantur*); II 5,23 (*squalore*); II 13,11 (*sunt*); II 17,7 (*esse*); II 17,30 (*dicenda*); II 17,34 (*adversus*); III 6,19 (*accusatoris*); III 6,51 (*aliquid*); III 8,52 (*adfectarunt*); III 8,56 (*Pompeium*); III 10,1 (*accusetur*); III 11,2 (*sit*).

b) duobus creticis: II 20,6 *sēmĭn(a) ēiŭs făcŭltātīs mānĭfēstŭm (e)st* — III 6,57 *dēstĭnātīsquĕ pērsōnīs quærāntŭr.* — Reliqua exempla: I 3,13 (*Vergilianum*); I 5,35 (*dictum*); II 15,8 (*circumtulerat*).

B) exempla choriambis aucta: I 9,6 *necessārĭă grāmmătĭcīs fēcērūnt* — III 6,67 *ĕt rătĭōnālīs stătus ēssĕt* — Reliqua exempla: I 5,26 (*circuitus*); I 6,10 (*sum*); II 5,24 (*proposito*); II 15,18 (*tractare*); III 6,86 (*legale*).

C) exempla aucta molosso, quem praecedit

a) unus creticus: I 2,2 *ēxstĭtīss(e) ūtĭnām fālsō iāctārētŭr* — II 4,41 *dialēctĭcīs ārgūmēntāndī rătĭōnĕ* — III 6,38 *quæstĭōnēm cōniēctūræ sŭbiēcĭt* — Reliqua exempla: I 6,9 (*servire*); II 21,13 (*versentur*); III 6,57 (*complexu*); III 6,90 (*referenda*).

b) dicreticus: II 3,3 *exīstĭmānt ĕt bŏnō sānē stŏmăchō cōntēntī sŭnt.*

---

[1]) Vt spatio parcam, plurima exempla numeris et vocabulo finali significabo.

Quae sunt omnia huius clausulae — — — | — ⏓ exempla.

His autem perspectis 1) et intelleges, nisi in clausulis illis molosson pro cretico admitteres, sed aliam clausulam formare velles, saepe futurum esse, ut accentus laederetur aut nulla nisi clausula heroica a scriptore damnata (IX 4,75; 102) efficeretur, velut I 3,13; II 4,41; II 20,6; III 6,50; III 6,67 (cf. supra), 2) et me recte iudicasse cogeris concedere ea re, quod ante clausulas supra allatas semper cretici aut choriambi — interdum molossus, sed numquam nisi creticum sequens — positi sunt, qui pedes plane impedire mihi videntur, quominus aliae clausulae efficiantur[1].

§ 10.

Venio nunc ad formam — ⏑ ⏑ — | — ⏓, quae solutione mediae longae molossi ex hac — — — | — ⏓ profecta esse videtur. En exempla:

A) pedibus quibusdam aucta

a) creticis

α) uno cretico: I 6,16 *sermṓnĕ quò quídquĕ mŏdò cắdĕrḕt* — II 5,8 *argumentatiṓ quĭbùs vī́rĭbus ìnspī́rḕt* — III 6,12 *animṓ sŭò dḗbĕăt òrắtŏ́r* — Reliqua exempla: II 14,3 (*fit*); III 9,4 (*egreditur*).

β) duobus creticis: II 21,18 *deliberắtĭ̀ōnḗm nĕqu(e) ìn iṹdĭcĭ̀ūm vĕ́nĭŭ̄nt* — Praeterea hoc loco: I 7,33 (*credo*).

b) choriambis: II 17,30 *ắccĭdĕr(e) hòc rhḗtŏrĭcḕs ṓpĕrī̆* — III 6,40 *futū́ră sĭt ìntḗrd(um) ĕtĭ̀ăm mḗntī̆s.*

c) molossis

α) molosso solo: I 5,61 *rḗctō càsū́ pătĭ̀ēbā́ntŭr.*

β) molosso, quem praecedit dicreticus: III 4,2 *mā́xĭmò tḗmpŏrùm nṓstrōr(um) ầctṓrĕ pròp(e) ìmpū́lsŭm.*

B) pedibus non aucta: lib. I: 5,52 (*permissa*); 6,20 (*excludo*); 7,11 (*diversa*); lib. II: 13,1 (*quale*); 15,30 (*adhibebatur*); 21,24 (*artificem*); lib. III: 1,14 (*dictum est*); 3,14 (*artis*); 6,34 (*sit*).

---

[1]) Quam f. I. clausulam a Cicerone haud secus atque a Quintiliano formatam esse exemplis collectis cognovi; sed ne hanc quidem dissertationis partem typis tradere possum.

Haec sunt omnia clausulae – ◡ ◡ – | – ⏑̱ exempla, quae in primis III libris inveni. Quorum dimidiam partem pedibus quibusdam auctam esse demonstravi.

§ 11.

De clausularum f. I. copia.

Sed consideremus, quae sit copia singularum f. I. clausularum, easque inter se comparemus. Quam rem optime ex hac tabella intellegemus:

formae I genera	lib. I	lib. II	lib. III	summa	%
– ◡ – | – ⏑̱	447	429	357	1233	95 1/3 %
– – – | – ⏑̱	13	15	13	41	3 1/6 %
– ◡ ◡ – | – ⏑̱	6	7	7	20	1 1/2 %
summa	466	451	377	1294	100 %

Cap. II.

De forma II.

§ 12.

Priusquam explanare incipiam, quomodo Quintilianus hac clausula usus sit, inspicias ea, quae ipse de clausularum forma II. dicit:

IX 4,97 *est et dochmius* (◡ – – ◡ –), *qui fit ex bacchio* (◡ – –) *et iambo* (◡ –) *vel ex iambo* (◡ –) *et cretico* (– ◡ –), *stabilis in clausulis et severus.*

IX 4,99 *sed et spondeus iambo recte praeponitur: ,isdem in armīs fuī'. Tum spondeus et bacchius: sic enim fiet ultimus dochmius: ,ĭn ārmīs fŭī'.*

IX 4,104 *cludet et dactylus, nisi eum observatio ultimae creticum facit: ,...nīxūs īn | lītŏrĕ.' habebit ante se bene*

creticum (— ◡ — — ◡ ⏓), *et iambum* (◡ — — ◡ ⏓), *spondeum male* (— — — ◡ ⏓), *peius choreum.*

IX 4,107 *creticus et initiis optimus... et clausulis: ,...vŏmĕrĕ pōstrīdĭē'. apparet vero quam bene eum praecedant vel anapaestos* (=(—)◡ ◡ — — ◡ —) *vel ille, qui videtur fini aptior, paean* (= ◡ ◡ ◡ — — ◡ —). *sed et ipse se sequitur: ,servārĕ quăm plūrĭmōs'.*

Quibus cognitis non dubitabis, quin Quintiliano et forma II. principalis — ◡ — — ◡ — et haec — ◡ ◡ — — ◡ — ex illa derivata nota fuerit. Huius autem formae — — — — ◡ — hoc genus solum — | — — — ◡ — scriptori notum fuisse videtur, id quod ex illis verbis (IX 4,104) ,*habebit* [dactylus vel creticus] *ante se...spondeum...*' conici potest[1]). Sed nunc pertractemus formae II. clausulas; atque primum quidem de clausula f. II. principali — ◡ — — ◡ ⏓ dicam, deinde de ea, quae componitur ex molosso creticoque, tum de hac, quae ex forma II. principali derivatur: — ◡ ◡ — — ◡ ⏓.

§ 13.

De f. II. clausula — ◡ — — ◡ ⏓.

Hoc unum consideremus: utrum Quintilianus huic f. II. clausulae eosdem pedes atque formae I. praemiserit necne.

---

[1]) Zielinskius quidem putat a Quintiliano his verbis totam illam f. II. clausulam — — — — ◡ — eiusque omnia genera significari. Quamobrem ita dicit (in „Philol." suppl. IX, p. 678): „Also ist 2 bei ihm [Quintilian] zu einer schlechten Klausel gesunken. Nun haben wir gesehen, dass bereits in den letzten Reden Ciceros 2 gegenüber 2 stark in den Hintergrund tritt (Entwicklungsgesetz); den Zielpunkt dieser Entwicklung bildet eben die Theorie Quintilians". His, quae Zielinskius dicit, repugnat ea res, quod a Quintiliano haec clausula — — — — ◡ ⏓ haud multo rarius adhibetur quam illa — ◡ — — ◡ ⏓ (cf. tab. in p. 20): clausula — — — — ◡ — non est facta deterior apud Quintilianum. Ergo Zielinskius erravit. Sed Quintiliani verba sine dubio ad illius clausulae — — — — ◡ ⏓ hoc genus — | — — — ◡ ⏓ pertinent (ut iam supra dixi), quod re vera raro invenitur (— | — — — ◡ ⏓: ter in l. I; bis in l. II; quater in l. III; nec multo saepius — | — — — | ◡ ⏓: octies in l. I; undecies et in l. II et in l. III.).

Neque dubito, quin concessurus sis Quintilianum persaepe dicreticum creticis aut aliis pedibus auctum adhibuisse, si perspexeris exempla infra allata. Atque cum ex illis exemplis hoc quoque cognoscere possis, quemadmodum dicreticus ipse a scriptore usurpatus sit, dicreticos pedibus quibusdam auctos ex primo tantum libro proferam[1].

A) Cretici ante dicreticum cludentem inveniuntur

a) unus creticus

α) solus: I pr. 3 *quám nĕgàndī vĕrècúndĭà* — I 5,12 *poētìcò iúrĕ dèfēndìtŭr* — I 5,55 *áut làtīn(a) áut pĕrègrīnă sùnt* — I 12,18 *inērŭdìtīs vŏlùptátĭbùs.*

β) coniunctus

1) cum uno molosso: I 3,4 *nullá tārdàtī vĕrècúndĭă prŏfĕrùnt* — I 6,36 *áppēllàtōs quī ùxórĕ cùrĕánt ăìt.*

2) cum duobus molossis: I 10,3 *agĕndām càusám dīcèndámvĕ sèntēntĭàm pĕrtĭnèt.*

3) cum molosso, quem creticus praecedit: I 4,5 *fidēlìtèr iēcīt quìdquíd sŭpèrstrúxĕrìs córrŭèt.*

4) cum choriambo: I 8,1 *sciát ŭbī sùspēndĕrè*[2]) *spīrìtùm dēbĕàt.*

b) duo cretici: I 10,15 *vocát nĕcèssárĭàm músĭcèn crēdìdìt* — I 10,35 *līttĕrìs ērŭdìtō nĕcèssárĭà (e)st.*

c) tres cretici: I 6,25 *statím pŏsìtĭōnĭbūs tōtă mùtēntŭr ùt ‚Iūppĭtèr'.*

d) quattuor cretici: I 12,3 *ĕt mĕmŏrĭ(ae) ĕt sŏnò vŏcĭs èt plūrĭmìs flēxĭbūs sérvĭùnt.*

B) Choriambi ante dicreticum cludentem inveniuntur

a) unus choriambus

α) solus: I 1,9 *érrŏr ĕōrúm nŏcèt mōrĭbùs* — I 8,9 *dicendī quŏquĕ ràtĭōnĕ dēflúxĭmùs.*

β) coniunctus cum cretico: I 5,68 *ēx dŭōbūs pĕrĕgrīnìs ŭt ĕpĭrēdĭùm.*

b) duo choriambi: I 5,25 *discrīmĭnă vèrb(um) īntĕr(im) ăcūtō sŏnò fīnĭànt.*

[1]) Cum spatium desit, fieri non potest, ut aut omnia huius clausulae exempla ex primis III libris aut certe omnia ex primo libro afferam.

[2]) cf. pars II cap. II § 10.

C) Molossi ante dicreticum cludentem inveniuntur

a) unus molossus atque solus: I pr. 7 *ĭd prǣstābātŭr ēxcēpĕrānt* — I 1,24 *docēndī mōnstrārĕ cōmpēndĭă.*

b) unus molossus coniunctus

α) cum uno cretico: I 2,12 *enĭm tŏt āuctōrūm nōtĭtĭā cōntĭngĕrēt.*

β) cum duobus creticis: I pr. 2 *ārbĭtrābār fŏr(e) hāc āccēndēbāntŭr īllī măgĭs* — I 1,8 *īntĕrĭm sǣvĭēntēs stūltĭtĭām sŭām pērdōcēnt.*

γ) cum cretico, quem praecedit et choriambus et creticus: I 8,3 *ŭt quĭbūsdām plăcĕt ăd cōmĭcūm mōrēm prōnūntĭārī vĕlĭm.*

D) Dactylus ante dicreticum cludentem statuendus est

a) unus dactylus: I 2,8 *īstă sĕd īn schŏlās ādfĕrūnt* — I 4,10 *consonāntĭbŭs ūsŭs āccēpĕrĭt.*

b) duo dactyli: I pr. 7 *ēdĭtĭōnĭs hŏnōrĕ vūlgāvĕrūnt* — I 7,26 *scrībūntŭr ĕā rătĭōnĕ quām rēddĭdī.*

Videmus igitur dicreticum ante se eosdem pedes amare atque clausularum formam I. Maior autem pars dicreticorum, qui in I. lib. inveniuntur, aliis pedibus aucta est (78 inter 142).

§ 14.

De f. II. clausula — — — — ⏑ ⏓.

De hac quoque clausula disserenti satis mihi videtur esse clausulas pedibus quibusdam auctas solas exempli causa proferre, quia ex iis non modo intellegi potest, qui pedes clausulam — — — — ⏑ ⏓ praecesserint, sed etiam, quomodo Quintilianus eam ipsam adhibuerit. Sequantur igitur nonnulla[1]) exempla ex primo quidem libro.

A) Cretici ante clausulam — — — — ⏑ ⏓ inveniuntur

a) unus creticus

α) solus: I pr. 1 *ratiōnĕ dīcēndī cōmpōnĕrēm* — I 2,4 *părūm mōdēstōs cōnvērsātĭō (e)st* — I 10,30 *dēfēnsĭōnĭs sōllĭcĭtūdĭnĕ.*

β) coniunctus cum choriambo: I 2,18 *ĕt vĕlŭt ūmbrātĭcā vītā pāllēscĕrĕ.*

[1]) cf. adnot. 1 in p. 17.

b) duo cretici: I 10,34 *fatēntūr ēss(e) ūtĭlēm tĕnĕrīs aetātĭbŭs* — I 12,10 *pōndŭs illīs ăbēst nēc sēs(e) ĭpsī grăvānt.*

B) Choriambi ante clausulam — — — — ⏑ ⏓ inveniuntur

a) unus choriambus: I 6,11 *invĕnĭēbāmūs sĭmĭl(e) hŭic ‚cădūnt.'*

b) duo choriambi: I 1,25 *īnstĭtŭūntūr făcĭē nōrīnt nōn ōrdĭnĕ.*

C) Molossi ante clausulam — — — — ⏑ ⏓ inveniuntur

a) unus molossus atque solus: I 5,63 *ĭpsūm nōn sēmpēr fĭĕrī pŏtēst* — I 7,22 *ŭt ēmēndāvīt dēprēndĭtŭr* — I 12,14 *nōn dē tārdīs īngĕnĭīs lŏquŏr.*

b) unus molossus coniunctus

α) cum cretico uno: I 6,26 *plūrĭmūm rēfērt nūll(a) haec ān praedūrī sīnt* — I 12,1 *dīscĭplīnīs īn dīvērsūm tēndēntĭbŭs.*

β) cum duobus creticis: I 1,17 *pertĭnĕăt ăd lĭttĕrās aetās qu(ae) ăd mōrēs iām pērtĭnĕt.*

D) Dactylus ante clausulam — — — — ⏑ ⏓ invenitur: I 6,39 *gratiām nŏvĭtātī sĭmĭlēm părānt* — I 10,33 *nostrō vĕl ĭnīquī cōnsēntĭĕnt.*

Quae si cognoveris, non negabis huic f. II. clausulae — — — — ⏑ ⏓ eosdem pedes atque illi — ⏑ — — ⏑ ⏓ praemissos esse; sed ne dimidia quidem pars harum clausularum — — — — ⏑ ⏓, quae in primo libro inveniuntur, ante se pedes certos habet (43 inter 105).

§ 15.

De f. II. clausula — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏓.

Expositis illis duabus formae II. clausulis restat, ut pauca de hac f. II. clausula — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏓ dicam. Atque ut hanc clausulam, quae rarius fere invenitur quam illa forma I (— ⏑ ⏑ — — ⏓), plane cognoscas, omnia eius exempla in primis III libris inventa proferre constitui; atque primum quidem eas clausulas proponam, ante quas cretici aut alii pedes inveniuntur, deinde illas, quae his pedibus non augentur [1]).

[1]) Vt spatio parcam, plurima exempla numeris et vocabulo finali significabo.

A) Exempla huius clausulae — ᴗ ᴗ — — ᴗ ⏓ pedibus quibusdam aucta: I 3,17 *occăsiŏn(em) hĭc mĭsĕrōrŭm mĕtŭs* — II 10,2 *ūllă pĕrpĕtŭē dŭmtăxăt ōrātiōnis rĕpĕrīrī pŏtĕst* — III 5,9 *verŭm fīnītæ spĕciālēs ĕrŭnt.* Similia his locis inveniuntur: I pr. 24 (*operienda sunt*); I 6,7 (*loqui*); II 21,8 (*negant*); III 3,12 (*potest*).

B) Reliqua huius clausulae — ᴗ ᴗ — — ᴗ ⏓ exempla: I 5,1 *dilūcĭd(a) ŭt ōrnātă sĭt* — II 4,28 *velōcĭtĕr ŏccŭrrĕrĕ* — III 6,6 *ĕst vĭtiōsĭssĭmŭm.* Confer praeterea: I 5,30 (*tertia*); I 6,1 (*scribentibus*); II 15,12 (*velit*); II 20,9 (*pleraque*); III 6,54 (*rationalibus*); III 8,46 (*valet*); III 9,7 (*obnoxium*); III 11,26 (*excidant*).

§ 16.

De copia clausularum formae II.

Omnibus igitur formae II. clausulis tractatis non erit supervacuum tabellam quandam proponere, ex qua quae sit copia singularum f. II. clausularum cognoscas:

formae II clausulae	l. I	l. II	l. III	summa	%
— ᴗ — — ᴗ ⏓	142	143	123	408	$53^5/_6$%
— — — — ᴗ ⏓	105	109	117	331	$43^5/_6$%
— ᴗ ᴗ — — ᴗ ⏓	6	5	7	18	$2^1/_3$%
summa	253	257	247	757	100%

Cap. III.

De forma III.

Ad hanc formam III. duae clausulae principales pertinent, quarum altera in ditrochaeum, altera in dispondeum exit. Atque primum quidem exponam, quo modo Quintilianus ditrochaeum usurpaverit, deinde dicam de dispondeo.

De ditrochaeo cludente disseritur.

§ 17.

Ordiamur, si placet, ab eo quod Quintilianus ipse de clausula trochaica, quam vocant, docet. Ille igitur haec habet: IX 4,103 *claudet et dichoreus, id est idem pes sibi ipse iungetur, quo Asiani sunt usi plurimum, cuius exemplum Cicero posuit: ,. . . fīlĭī comprŏbāvit'*[1]). Neque multum differunt ea, quae scriptor noster in § 102 dicit: *bacchius et claudit et sibi iungitur: ,vĕnēnŭm tĭmērĕs' vel choreum et spondeum ante se amat: ,ŭt vĕnēnūm tĭmērĕs'.* Quibus ex verbis conici potest ditrochaeum a Quintiliano et adhibitum et cretico auctum esse; si enim exempla ab eo allata consideraveris, ante ditrochaeos creticum positum esse cognosces. Neque dubito, quin Quintilianus etiam ditrochaeum choriambo auctum cognoverit, quia in § 93 hoc exemplum profert: *īncĭpĭēntēm tĭmērĕ.* Quod ad molossum aut dactylum attinet, qui pedes ante ditrochaeum inveniuntur, Quintilianus nihil dicit. Sed nunc videamus, quomodo scriptor ditrochaeum adhibuerit. Iam affero talia exempla, ex quibus cognosci potest ditrochaei quoque partem incipientem pluribus ex pedibus saepe compositam esse[2]).

§ 18.

Atque primum quidem exempla huius f. III. clausulae — ◡ — | — ◡ — ⏓ proponam:

A) cretici ante clausulam — ◡ — | — ◡ — ⏓ inveniuntur

a) unus creticus atque solus: I 2,17 *ēxplĭcēmŭs quĭd ĭpsĭ sĕquāmŭr* — I 10,10 *antiquīssĭmām mūsĭcēn ēxtĭtīssĕ* — I 12,18 *convīvĭōrūm mŏrā cōntĕrūntŭr.*

b) unus creticus coniunctus

α) cum molosso: I pr. 1 *ā mē quĭdām fămĭlĭārĭtĕr pōstŭlārēnt* — I 5,70 *fierī nātūrā putō sĕd ălĭēnīs făvēmŭs.*

β) cum choriambo: I 5,3 *laudāmŭs ĕnĭm vērbă rēbŭs bĕn(e) āccōmmŏdātă* — I 9,5 *quēm vĭtŭl(um) ādsuēvĕrāt fērrĕ taūrūm fĕrēbăt.*

---

1) Orat. 63,214

2) cf. adnot. 1 in pag. 17.

c) duo cretici: I 4,4 *praecéptă săpĭéntĭæ vérsĭbŭs trădĭdērŭnt* — I 11,19 *íllĕ dìscéntĭbŭs trădĭtŭs prōsĕquātŭr.*

d) tres cretici: I 8,21 *notioribŭs frĕquèntíssĭmè dēprĕhèndŭntŭr à cūrĭōsīs.*

B) choriambi ante clausulam — ⏑ — | — ⏑ — ⏓ inveniuntur

a) unus choriambus: I pr. 21 *óffĭcĭŭm rhētŏrìs cóntĭnēbĭt* — I 5,25 *éssĕt ĭtèm Nērĕì Tērĕīquĕ.*

b) duo choriambi: I 4,20 *sŭnt ŭt Ărìstārchŭs ĕt ǣtātĕ nòstrā Pălǣmŏn.*

C) molossi ante clausulam — ⏑ — | — ⏑ — ⏓ inveniuntur

a) unus molossus atque solus: I 6,12 *Enniŭm Pīctòrēmquĕ Fàbĭŭm sĕcūtŭs*[1]) — I 12,9 *ánnōs sèrmō lătīnŭs rĕpŭgnăt.*

b) unus molossus coniunctus

α) cum cretico: I 5,14 *detrăctĭōn(em) ăt hīc àdiēctĭōnēm pŭtābĭt.*

β) cum choriambo: I 2,28 *animī pŭĕròrŭm quānt(um) èxcĭpĕrĕ pòssīnt vĭdēndŭm (e)st.*

c) duo molossi coniuncti

α) cum cretico: I 5,43 *ducēs ăpèrtē nōs dòcĕānt n(ih)īl hòr(um) ăd dŭòs pērtĭnērĕ.*

β) cum choriambo: I 5,7 *docēntŭr ădhŭc ĕt grāmmàtĭcōs ōffĭcĭī sŭī cómmŏnēmŭs.*

D) dactylus ante clausulam — ⏑ — | — ⏑ — ⏓ invenitur

a) solus: I pr. 19 *tamēn săpĭēntĭæ trădĭdērŭnt* — I 2,30 *maioribŭs vĕlŭt órgănìs cómmŏvētŭr.*

b) coniunctus cum cretico: I 8,5 *spīrĭtŭm dŭcăt ĕt óptĭmìs īmbŭātŭr.*

Priusquam huius formae III — ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏓ exempla proferam, mihi commemorandum esse puto, dimidiam fere partem illarum f. III. clausularum — ⏑ — | — ⏑ — ⏓ quae in I. libro inveniuntur, parte incipiente pluribus ex pedibus composita uti (46 inter 96).

---

[1]) clausula coactus Quintilianus dixit *Pictoremque Fabium* pro illo *Fabiumque Pictorem.* Quod si dixisset, pessimam clausulam effecisset: *Enniŭm Făbĭŭmquĕ Pīctōrēm sĕcūtŭs* (f VII).

§ 19.

Formae III. clausula — ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏓ 14[es] in l. I. invenitur. Numerus autem earum, quarum pars incipiens pluribus pedibus constat, est decem; quae sunt:

A) creticus ante clausulam — ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏓ invenitur his locis: I pr. 7 *ēdĭt(i) à mē nĕqu(e) ĭn hòc cómpărātĭ* — I 8,7 *Menandrō lòquòr nḗc tămĕn èxclūsĕr(im) ắlĭŏs* — Praeterea hoc loco: I pr. 12 (*disserendum est*).

B) molossi ante clausulam — ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏓ inveniuntur

a) unus molossus coniunctus

α) cum creticis: I 4,5 *demonstrāvĭmùs rērūm dìcāt prŏprĭ(e) èt cōpĭōsē* — I 5,11 *cărmĭn(um) àut vĕnĭă dìgn(a) ắt ĕtĭàm lắudĕ dūcĭ* — Praeterea his locis: I 1,4 (*loquantur*); I 10,25 (*sentiamus*).

β) cum choriambo: I 11,18 *tertiō Cĭcĕrònĭs d(e) ōrātōrĕ lĭbrò vērbă Crássĭ.*

b) duo molossi coniuncti cum cretico: I 8,12 *nōn schŏlārūm tēmpòrĭbūs sēd vìtǽ spătĭò tērmĭnēntŭr* — Praeterea hoc loco: I 2,24 (*concitabat*).

§ 20.

Sequitur, ut huius formae III. — — — | — ⏑ — ⏓ exempla, quorum pars incipiens pluribus pedibus constat, e l. I. afferam:

A) cretici ante clausulam — — — | — ⏑ — ⏓ inveniuntur

a) unus creticus atque solus: I 1,9 *institutiōnĕ pùĕrīlī sùnt pērsĕcūtă* — I 5,26 *cētĕrĭs vĕtĕrēm lègēm sĕcūntŭr* — I 11,15 *cŏrpŏrùm cūrā mènt(em) ŏbrŭĕrŭnt.*

b) unus creticus coniunctus cum molosso, quem alter creticus praecedit: I 3,12 *frangās ĕnìm cĭtĭūs quàm cŏrrĭgās qu(ae) ĭn prāv(um) ìndūrŭĕrŭnt.*

c) duo cretici: I 5,6 *quŏd fĭt ìn sĭngŭlĭs vērbīs sìt bărbărĭsmŭs.*

d) quattuor cretici: I 3,17 *infĭrm(am) ĕt ìniūrĭ(ae) òbnŏxĭām nēmĭnì dēbēt nĭmĭŭm lĭcērĕ.*

B) choriambus ante clausulam — — — | — ⏑ — ⏓ invenitur: I 7,27 *tănt(um) ŭt ăb ìllŏ ‚quī' dìstĭnguĕrētŭr* — I 8,18 *auctoribūs mĕmŏrātās ēxpòsŭĭssĕ sătĭs ĕst.*

C) molossi ante clausulam — — — | — ⏑ — ⏓ inveniuntur

a) unus molossus atque solus: I pr. 19 *ēst quōd fēcērūnt plērīquĕ vĕtĕrŭm* — I 6,43 *locūtī sīnt hŏmĭnēs quăm quō lŏquāntŭr.*

b) unus molossus coniunctus

α) cum cretico: I 5,58 *sīcŭt īllī nōnnūmqu(am) ā nōbīs mūtŭāntŭr*[1]) — I 10,6 *hāe quŏqu(e) ārtēs ūt sīt cōnsūmmātūs iŭvābŭnt.*

β) cum choriambo: I 6,17 ‚*audactĕr*' *lĭcĕt ōmnēs ōrātōrēs ălĭŭd sĕquāntŭr.*

c) duo molossi coniuncti cum cretico, molosso, cretico: I 6,45 *sermonīs vŏcābō cōnsēns(um) ērŭdītōrūm sīcŭt vīvēndī cōnsēnsūm bŏnōrŭm.*

D) dactylus ante clausulam — — — | — ⏑ — ⏓ invenitur

a) solus: I 2,18 *tumēscĭt ĭnānī pērsuāsĭōnĕ* — I 4,21 *lībĕr(um) ŏpīnātūrīs rĕlīnquō.*

b) coniunctus cum cretico: I 5,27 *enūntĭō dīssĭmŭlātā dīstīnctĭōnĕ.*

Comparatis autem omnibus huius formae III — — — | — ⏑ - ⏓ clausulis, quae in l. I. extant, cum iis, quarum pars incipiens pluribus pedibus constat, ne dimidiam quidem partem illarum partem incipientem pluribus ex pedibus compositam habere inveni (35 inter 79).

§ 21.

Proximum est, ut huius formae III. — ⏑ ⏑ | — ⏑ — ⏓ e l. I. exempla afferam: I pr. 14 *promīttĕrĕ mālŭērŭnt* — I 5,16 *plurālĭtĕr ēffĕrūntŭr* — I 6,34 *āĕrĕ vērbĕrātō* — I 10,7 *tacitē quŏquĕ sēntĭūntŭr* — I 12,18 *honēstă măgīs iŭvārĕnt.* Confer praeterea hos locos: I pr. 21 (*praeteribo*); I pr. 22 (*dabuntur*); I 1,14 (*ire*); I 1,15 (*fuerunt*); I 4,28 (*navigatur*); I 7,16 (*similia*); I 12,4 (*levatur*).

Quibus satis cognitis videamus nunc, quomodo Quintilianus dispondeum adhibuerit.

---

[1]) Haec verborum collocatio in codd. BM inventa melior mihi videtur esse quam illa codicis A: *sicut illi a nobis nonnumquam.*

De dispondeo cludente agitur.

§ 22.

Atque primum quidem consideremus, quid Quintilianus ipse de dispondeo cludente dixerit: IX 4,101 *duo spondei non fere se iungi patiuntur, quae in versu quoque notabilis clausula est, nisi cum id fieri potest ex tribus quasi membris: ,...cōmpărăt | ĭs cōntrā nōs?' una syllaba, duabus, una.* Adice quod Quintilianus in § 102 et 103 profert: *contrarius quoque qui est* (is est palimbacchius — — ⏑), *cludet, nisi ultimam syllabam longam esse volumus, optimeque habebit ante se molosson: ,cīvīs Rōmānŭs sŭm', aut bacchium: ,quod hīc | pŏtēst nōs pŏssēmŭs'. sed verius erit claudere choreum praecedente spondeo, nam hic potius est numerus: ,nōs pōssēmŭs' et ,Rōmanŭs sŭm.'* Quae si perspexeris, concedes Quintiliano hanc quidem f. III. clausulam — ⏑ — | — — — ⏓ notam fuisse, fortasse hanc quoque — ⏑ ⏑ | — — — ⏓. Sed de his duabus clausulis — ⏑ ⏑ — | — — — ⏓ et — — — | — — — ⏓ nihil certe dicit. Apparet vero dispondeum — — — — a Quintiliano usurpatum semper ex tribus quasi membris efficiendum esse. Sed priusquam excutiam, utrum scriptor praeceptum suum secutus sit an neglexerit, non abs re mihi videtur esse complura exempla singularum clausularum illius formae III., quae in dispondeum cadit, afferre[1]).

§ 23.

Ordiamur, si placet, ab hac clausula — ⏑ — | — — — ⏓, quam Quintilianus omnium clausularum, quae in dispondeum cadunt, saepissime usurpat. En exempla omnia in l. I. inventa:

A) clausulae — ⏑ — | — — — ⏓ pedibus quibusdam auctae

a) cretico: I pr. 15 *pēssĭmīs mōrĭbŭs prætēndēbănt* — I 1,16 *vacārĕ cūrā vŏlŭnt ŭt Chrysippŭs.* Confer praeterea hos locos: I 1,22 (*percipiunt*); I 7,21 (*dixerunt*).

b) molosso, quem praecedit

α) creticus: I 8,13 *imprŏprĭă quæ cōntrā lēgēs lŏquēndī sīnt pŏsĭtă.*

---

[1]) Vt spatio parcam, plurima exempla numeris et vocabulo finali significabo.

β) et choriambus et creticus: I 6,25 *íllŭd ètĭ(am) áccĭdăt ùt quǽdām plùrálĭtèr nṓn dīcántŭr.*

B) Reliqua huius clausulae — ⏑ — | — — — ⏓ exempla: I pr. 4 *spectantŭr lătènt fŭndāméntă* — I 1,16 *Eratosthenēs ĭdèm prǽcēpērŭnt* — I 3,5 *ántè mèssēm flāvēscŭnt* — I 11,4 *hebetiṓrĭbŭs pērmūtámŭs.* Praeterea extant his locis: I 2,8 (*spectantur*); I 3,3 (*praecurret*); I 5,36 (*discede*); I 5,36 (*demonstratur*); I 5,38 (*verbo*); I 5,39 (*habuit*); I 6,31 (*declinata*); I 7,19 (*Galbae*); I 10,44 (*ducetur*); I 10,45 (*cludatur*); I 12,10 (*discursus*); I 12,11 (*iudicium*).

Perspectis iis, quae de hac f. III. clausula — ⏑ — | — — — ⏓ dixi, cognosci potest copiam omnium clausularum, quas in l. I. inveni, esse 22, earum autem, quarum pars incipiens pluribus pedibus constat, 6.

§ 24.

Nunc sequitur illa f. III. clausula, quae ante dispondeum cludentem choriambo pro parte incipiente utitur: — ⏑ ⏑ — — — — ⏓. Atque ut illam clausulam plane cognoscas, omnia in primis III libris inventa exempla proferam.

A) Clausulae — ⏑ ⏑ — | — — — ⏓ aliis etiam pedibus auctae

a) uno cretico: I 4,10 *geminatiṓn(e) cărŭm vĕlŭt àpĭc(e) ŭtēbántŭr* — II 12,8 *líttĕrǣ pērpòlīērŭnt quō mĕlĭŭs* — III 6,103 *lībĕrī sīnt ètĭăm nṓn lēgĭtĭmī.* Confer praeterea hos locos: I 4,29 (*factoque*); I 5,6 (*peccant*).

b) tribus creticis: I 6,5 *máscŭlìnŭm sĭt àn fēmĭnĭnŭm sĭmĭl(e) ìllí sīt ‚pánĭs'.*

B) Reliqua huius clausulae — ⏑ ⏑ — | — — — ⏓ exempla: I pr. 25 *ómnĭă dèmṓnstrātŭrī* — II 15,5 *ádpŏsĭt(e) àd pērsuādēndŭm* — III 6,36 *nṓmĭn(e) ĭd èst fīnītīvăm.* Praeterea extant his locis: I 6,19 (*malit*); II 15,13 (*dicit*); II 15,34 (*dicendi*); II 17,26 (*moveat*); II 21,2 (*sola*); III 8,33 (*peteret*).

Quibus cognitis ne dimidiam quidem partem harum clausularum — ⏑ ⏑ — | — — — ⏓ parte incipiente pluribus ex pedibus composita uti videbis (6 inter 15).

§ 25.

Proximum est, ut has duas f. III. clausulas — ⏑ ⏑ | — — — ⏓ et — — — | — — — ⏓, quae restant, proponam; quarum altera (A: — ⏑ ⏑ | — — — ⏓) in primis III libris quinquies invenitur, altera (B: — — — | — — — ⏓) nunquam nisi cretico aut choriambo aucta.

A: — ⏑ ⏑ | — — — ⏓: I 3,6 *ĭmpĕrĭ(a) īndīgnāntŭr* — II 17,22 *prōpŏsĭt(um) ăd quĕm tĕndānt* — II 19,1 *cōnfĕrăt ān dōctrīnā* — III 4,9 *iudicialīs gĕnĕrīs sūnt pārtēs* — III 6,98 *pātrīs ăn hērēs scrīptŭs.*

B: — — — | — — — ⏓: I 2,10 *pædăgōgōrūm nōn īndīgnāntŭr* — I 12,10 *nĕc sŭō nīsū stŭdĭīs īnsīstŭnt* — II 2,8 *cotīdĭē dīcăt quæ sēc(um) āudĭtōrēs rĕfĕrānt* — II 17,33 *ērŭdīt(i) īntĕr sē cōmpōnŭntŭr* — III 3,5 *dīcĭtŭr quīsquăm sĕd nōn vītāssĕ* — III 5,2 *dēbĕt ōrātŏr ŭt dŏcĕāt mŏvĕāt dēlēctĕt* — III 6,23 *posteriōrĭbŭs dīvīs(a) ēst quām māgn(um) ĕt quām mūltūm sĭt.* Confer praeterea hos locos: I 1,12 (*fluxerunt*); I 4,28 (*nutritor*); I 7,33 (*credo*); II 2,5 (*quam immodicus*)[1]); II 11,2 (*exclamaverunt*); II 21,12 (*mirer*); III 4,6 (*iudicia*); III 7,19 (*diversum*).

Quas clausulas si perspexeris, intelleges molossos, qui partem incipientem efficiunt, semper creticum praecedere; semel tantum ante hanc clausulam — — — | — — — ⏓ choriambi inveniuntur: III 8,31 *crudēlĭŭs ĕtĭăm pĕrĭtūrōs ādfīrmēmūs sī sē dēdĭdĕrīnt.* Itaque, cum alia huius clausulae — — — | — — — ⏓ exempla in primis III libris non inveniantur, iure contendere posse mihi videor, Quintilianum illas clausulas sic formasse, ut creticus aut choriambus molossos partem incipientem clausulae efficientes praecederet. Partem incipientem autem pluribus molossis constare posse cognoveris.

§ 26.

Sed nunc venimus ad illud, quod iam supra significavi: Quintilianum enim dixisse vidimus dispondeum non posse

[1]) Negare non possum hanc clausulam II 2,5 *labōrĭs ădsĭdŭūs pŏtĭŭs qu(am) īmmŏdĭcŭs m* littera in *quam* non elisa formae I. esse: *potiŭs quăm īmmŏdĭcŭs.*

claudere nisi tribus quasi membris compositum. Priusquam autem diiudicemus, utrum Quintilianus praeceptum suum secutus sit necne, eas quoque clausulas in dispondeum (— — — —) exeuntes ex l. II et III proferam, quas nondum exscripsi; satis autem mihi videtur esse eas numeris et dispondeo finali significasse: l. II: 15,3 (*persuadendi*); 17,20 (*pro vero uti*); 17,40 (*defendant*); 21,14 (*ei dicendum est*); 21,14 (*hoc invenio*); — l. III: 3,7 (*pervenit partes*); 6,20 (*recte feci*); 6,55 (*adiecta*); 6,64 (*rhetoricae*); 7,10 (*vixerunt*); 7,14 (*aut peiores*); 8,6 (*dissuadendi*); 8,9 (*conventus*); 8,60 (*argumentis*); 9,1 (*succedunt*). — Omnibus clausulis, et his et illis, quas supra attuli, perspectis dispondeos non ita formatos esse cognoveris ut postea Quintilianus docet. Nam ex 36 dispondeis in longam syllabam exeuntibus quinque modo tribus quasi membris constant: II 12,5; 17,20; 17,22; 21,14; III 4,9. Dispondei autem illi in longam syllabam exeuntes inveniuntur in l. I.: duodecies, in l. II.: undecies, in l. III.: ter decies. Neque supervacaneum mihi videtur esse, omnium clausularum, quae ad formam III. pertinent, copiam in tabella quadam nunc proponere:

clausulae formae III	l. I	l. II	l. III	summa	$^0/_0$
— ᴗ — | — ᴗ — ⏓	96	66	52	214	$34^4/_5{}^0/_0$
— — — | — ᴗ — ⏓	79	60	66	205	$33^2/_5{}^0/_0$
— ᴗ ᴗ — | — ᴗ — ⏓	14	13	16	43	$7^0/_0$
— ᴗ ᴗ | — ᴗ — ⏓	12	13	15	40	$6^1/_2{}^0/_0$
— ᴗ — | — — — ⏓	22	18	37	77	$12^1/_2{}^0/_0$
— — — | — — — ⏓	5	5	6	16	$2^3/_5{}^0/_0$
— ᴗ ᴗ — | — — — ⏓	6	6	3	15	$2^2/_5{}^0/_0$
— ᴗ ᴗ | — — — ⏓	1	2	2	5	$^4/_5{}^0/_0$
summa	235	183	197	615	$100^0/_0$

Cap. IV.

De forma IV.

§ 27.

Atque primum quidem de iis locis, quibus a Quintiliano haec clausula exponatur, disseram, deinde nonnulla clausulae exempla proferam. Quintilianus autem de clausularum forma IV. haec verba facit:

IX 4,104 *habebit* (dactylus aut creticus) *ante se... spondeum male, peius choreum.*

IX 4,107 *sed et ipse sequitur* (creticus): *‚sērvārĕ quàm plūrĭmòs'. sic melius quam choreo praecedente: ‚tūrpĕ dūcĕrĕt' si ultima brevis pro longa sit; sed fingamus sic: tūrpĕ dūcĕrēs'.*

Quibus verbis Quintiliani perspectis nemo negabit illi scriptori non solum hanc f. IV. clausulam (— ⏒ —) — ⏑ — ⏑ ⏓ notam fuisse, sed etiam illam (— ⏒ —) — — — ⏑ ⏓, quam a Cicerone usurpatam esse Wolffius (in suppl. XXVI. annal. phil. class., p. 586) ostendit[1]). Sed quod ad usum clausularum formae IV. attinet, Quintilianus clausulas in longam syllabam exeuntes praeoptare videtur iis, quae brevi syllaba terminantur, id quod infra excutiam. Atque eodem loco anquiram, scriptorne noster hanc clausulam — ⏒ — | — — — ⏑ ⏓ minus adamaverit quam — ⏒ — | — ⏑ — ⏑ ⏓. Sed nunc properemus clausulas ipsas pertractare; atque optimum quidem mihi videtur esse, primum hanc f. IV. clausulam — ⏒ — — ⏑ — ⏑ ⏓ proponere, deinde illam — ⏒ — | — — — ⏑ ⏓.

§ 28.

Ut varias huius formae IV. — ⏒ — | — ⏑ — ⏑ ⏓ clausulas cognoscas, complura exempla proferam[2]) neque illud

---

[1]) In his enim verbis (IX 4,104): *habebit* (dactylus aut creticus) *ante se . . . spondeum*, non solum hanc f. II clausulam — | — — — ⏑ ⏓ (cf. p. 16) inesse puto, sed etiam illam f. IV: — ⏒ — | — — — ⏑ ⏓. Zielinskius autem, qui ne commemorat quidem Wolffium talem clausulam — ⏒ — | — — — ⏑ ⏓ apud Ciceronem invenisse, eam reicere videtur.

[2]) Cum spatii augustiis premar, omnia exempla afferre non possum.

omittam, quod etiam in clausulis supra tractatis demonstravi: partem incipientem pluribus pedibus constare posse, non uno cretico aut molosso aut choriambo. Sed aggrediamur rem ipsam:

A) en exempla clausulae — ◡ — | — ◡ — ◡ ⏓:

a) clausulam alii quoque pedes antecedunt, velut his locis: I 4,29 *vocabulīs ĭn ădvērbĭŭm tránsĕūntĭbŭs* — I 7,35 *quósdām tòtōs lĭbèllōs nōn vèrbīs mŏdò sĕ́d ĕtĭàm líttĕrīs dĕdít* — II 1,3 *fāctă sìnt ăltĕrĭūs nŏvíssĭmắ* — III 11,11 *occídĕrìt quǽstĭō nĕc stătìm iūdĭcātĭŏ̋.*

b) clausula pedibus non aucta invenitur, velut his locis: I 2,14 *īllă dìscént quŏt áŭdĭént* — II 4,42 *măxĭmè Plōtĭūs fŭít* — III 3,8 *óptĭmò cōnlŏcātĭó* — III 7,25 *síngŭlìs dīffĕrēntĭă̋.*

B) en exempla clausulae — — — | — ◡ — ◡ ⏓:

a) clausulam alii quoque pedes antecedunt, velut his locis: I 11,15 *īnstĭtùĭmūs quām lòngíssĭmē vĕlím* — II 4,15 *círcŭlàtōrĭǽ vērē iàctātĭōnĭs ĕ̋st* — III 3,3 *indecōră vèl vōcĕ vèl gēstū prònūntĭātĭŏ̋.*

b) clausula non aucta pedibus invenitur, velut his locis: I 1,13 *sícūt plèrísquĕ mórĭs ĕ̋st* — I 11,3 *á cōmǽdīs pĕtēndŭs ĕ̋st* — II 4,9 *vitiŭm quōd vìrtūtĭbūs cărĕ̋nt* — III 8,25 *nóstrī pòssĭ̋bĭlĕ nŏmĭnă̋nt.*

C) en exempla clausulae — ◡ ◡ — | — ◡ — ◡ ⏓:

a) clausulam alii quoque pedes antecedunt, velut his locis: I 12,3 *témpŏrìm sērvăt ĕt hǽc părĭtĕr ómnĭắ* — II 12,7 *quemădmŏdŭm Cĭ́cĕrŏ dìcít sēd plàn(e) ín tĕnĕbrìs clārĭōră sŭ̋nt.*

b) clausula pedibus non aucta invenitur, velut his locis: I 4,27 *ĕt trĭvĭàlĭs scĭēntĭǽ* — II 8,11 *calcārĭbŭs òpŭs ĕssĕ dīcĕrĕ̋t* — III 8,22 *ínvĕnĭ(o) hùic tértĭǽ lŏcŭ̋m.*

D) en exempla clausulae — ◡ ◡ | — ◡ — ◡ ⏓: II 4,19 *poeticǽ sĭmĭlĭs lĭcēntĭă (e)st* — II 4,37 *ăn sĭt hŏnēst(a) ăn ūtĭlĭ̋s* — III 6,11 *fuíssĕ quŏd ĕ́st pŏtēntĭūs.*

§ 29.

Venimus nunc ad hanc f. IV. clausulam — ⏑ — | — — — ◡ ⏓; atque primum quidem huius clausulae exempla pro-

feramus [1]), deinde paulo accuratius demonstremus, clausulam esse formae quartae, non secundae.

A) en exempla clausulae — ⏑ — | — — — ⏑ ⏑̱:

a) clausulam alii quoque pedes antecedunt his locis: I 6,42 *sōlūm quìd dīxĕrìnt sḗd ĕtĭăm quíd pērsuā́sĕrínt* — II 16,1 *orātiṓnĭs ŭtū́ntŭr ŏrā́ndī vī́rĭbū́s* — III 7,19 *Plī́sthĕnĕ̀n ĭmpŭdĭ̀c(um) ā́ pŏ̀ētī̆s ăccēpĭ̆mū́s*. Reliqua exempla extant his locis: I pr. 22; 2,11; 11,14; II 4,2; 12,1; 16,11; III 8,10.

b) clausula pedibus non aucta invenitur his locis: I 2,29 *ĕt sŭpèrĭōrūm spḗs ĕrít* — II 1,10 *nḗscĭ(o) ăn sít vēl plū́rĭmū́m* — III 11,4 *quǣ́stĭ(o) ăn iū́stē fḗcĕrít*. Reliqua exempla extant his locis: I 5,13; 10,43; II 2,6; III 1,20; 6,60; 9,1.

B) en exempla clausulae — — — | — — — ⏑ ⏑̱:

a) clausulam alii quoque pedes antecedunt his locis: I 1,1 *ū́nd(e) ŏrĭ̀g(o) ā́nĭmī cǣ̀lḗstīs crḗdĭtū́r* — II 17,18 *perceptiṓnĕ nŏ̀n pṓssīt quǣ̀ sḗmpēr vḗrā sít* — III 8,9 *dū́c(i) ŭt ĭn Hĕ̀lĕnǣ́ lā́ud(e) Ì̀sŏ́crătēs fḗcĕrít*. Reliqua exempla extant his locis: I 5,35; 7,35; II 1,6; 15,7; 21,7; III 3,5; 8,69.

b) clausula pedibus non aucta invenitur his locis: I 7,24 *volŭ́ĕrīnt ā̀uctṓrēs nḗscĭṓ* — III 4,6 *tertiū́m quŏd dĕ̀ cā́usīs iū́dĭcḗt*.

C) en exempla clausulae — ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏑ ⏑̱:

a) clausulam alii quoque pedes antecedunt his locis: II 15,34 *ōrātṑrĭs cūm bĕ̀nĕ dī́cĕrĕ nŏ̀n pṓssīt nĭ́sĭ bŏ̀nū́s* — III 11,15 *iudicā́tĭō cōnĭēctūrā́lĭs ăn Clṓdĭŭs ĭ̀nsĭ́dĭās fḗcĕrĭ́t*. Reliqua exempla extant his locis: I 8,1; III 5,13; 11,22.

b) clausula pedibus non aucta invenitur his locis: I 10,10 *solīsquĕ lăbṑrḗs ēt cḗtĕrā́* — II 7,4 *relā́tĭ(o) ĕt ĭ̀n cā́usīs ū́tĭlĭ́s*.

D) en exempla clausulae — ⏑ ⏑ | — — — ⏑ ⏑̱: I 4,19 *superiōrĭbŭ̄s ĭntērĭēctĭṓ* — III 6,79 *ā́ltĕrā quā́ tāntū́m rĕ́ŭs*.

Quibus exemplis perspectis nemo iam certe negabit hanc clausulam — ⏒ — | — — — ⏑ ⏑̱ admittendam esse; concedet enim:

---

[1]) Huius quoque clausulae nonnulla exempla integra afferam; reliqua autem numeris significabo.

1) si huius clausulae — ⏗ — | — — — ⏑ ⏓ loco illa forma II. — — — — ⏑ ⏓ formaretur, futurum esse, ut in plurimis exemplis supra allatis accentus laederetur.

2) pedes illos clausulam — ⏗ — | — — — ⏑ ⏓ antecedentes, qui consulto effecti videntur esse, plane impedire, quominus haec f. II. clausula — — — — ⏑ ⏓ efficiatur.

3) Accedit quod duae sententiae sese sequentes non solum in easdem f. IV. clausulas exeunt, velut:

II 4,9 *inde fiunt humiles . . . , qui nihil supra cotidianum sĕrmōn(em) àttôllĕr(e) áudĕànt.*

macies illis . . . est, et . . . . in id ipsum incidunt vitiúm quōd vìrtūtĭbŭs cărēnt.

sed etiam sic cludunt, ut haec f. IV. clausula — — — | — — — ⏑ ⏓ respondeat illi — ⏑ — | — ⏑ — ⏑ ⏓, velut:

I 7,35 *aut ideo minus Mesalla nitidus, quia . . . non verbis modo sīngŭlìs sĕd ĕtĭàm lĭttĕrīs dĕdĭt.*

non obstant hae disciplinae per illas eūntĭbŭs sĕd cīrc(a) ìllás hærēntĭbŭs.

Quae clausularum responsio a Quintiliano saepe adhibita, ut casu orta non esse, ita confirmare mihi videtur clausulam — ⏗ — | — — — ⏑ ⏓ ad formam IV. pertinere.

§ 30.

Sed his rebus cognitis proponamus tabellas quasdam, ex quibus numerus f. IV. clausularum colligi possit:

A) clausulae — ⏗ — | — ⏑ — ⏑ ⏓:

clausulae formae IV.	l. I	l. II	l. III	summa	%
— ⏑ — | — ⏑ — ⏑ ⏓	10	14	13	37	$40^2/_3$%
— — — | — ⏑ — ⏑ ⏓	11	12	14	37	$40^2/_3$%
— ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏑ ⏓	6	3	4	13	$14^1/_3$%
— ⏑ ⏑ | — ⏑ — ⏑ ⏓	—	2	1	3	$4^1/_3$%
summa	27	31	32	90	100%

B) clausulae — ⏖ — | — — — ⏑ ⏓:

clausulae formae IV.	l. I	l. II	l. III	summa	%
— ⏑ — | — — — ⏑ ⏓	7	6	6	19	$47\frac{1}{2}\%$
— — — | — — — ⏑ ⏓	4	4	4	12	30%
— ⏑ ⏑ — | — — — ⏑ ⏓	2	2	3	7	$17\frac{1}{2}\%$
— ⏑ ⏑ | — — — ⏑ ⏓	1	—	1	2	5%
summa	14	12	14	40	100%

Quas tabellas si perspexeris, cognosces Quintilianum hanc f. IV. clausulam — ⏖ — | — ⏑ — ⏑ ⏓ magis amavisse quam illam — ⏖ — | — — — ⏑ ⏓; videbis enim hanc clausulam — ⏖ — | — ⏑ — ⏑ ⏓ in primis III libris nonagies inveniri, illam autem — ⏖ — | — — — ⏑ ⏓ quadragies tantum. Sed quod Quintilianus clausulas f. IV. in longam syllabam exeuntes praeferri vult iis, quae brevi syllaba terminantur, non ita agit ut docet; inveni enim ex centum triginta f. IV. clausulis quinquaginta unam tantum longa syllaba cludere. Sed satis multa de forma IV; nunc expositis usitatissimis clausularum formis quattuor sequitur, ut pauca dicam de clausulis longioribus a Quintiliano usurpatis.

Cap. V.

De clausulis longioribus[1]).

§ 31.

De forma V.

Dubitari non potest, quin haec quoque clausularum forma V. Quintiliano nota fuerit; nam haec eius verba certe ad formam V. pertinent (IX 4,72): „. . . *claudit interim optime prima pars versus, dum intra paucas syllabas, praecipue*

[1]) Spatii augustiis coactus harum quoque clausularum pauca exempla afferre possum; reliqua autem numeris significabo.

senarii atque octonarii. ‚*in Áfrĭcā fŭíssĕ*' *initium senarii est, primum pro Q. Ligario caput claudit*[1])'. — De reliquis autem clausularum longiorum formis nihil dicit. Sed nunc proferamus formae V. exempla, ut cognoscas, quemadmodum Quintilianus illam formam usurpaverit:

A) en exempla huius f. V. clausulae — ᴗ — | — ᴗ — ᴗ — ⏓:
I 6,12 *plūrĭmìs ín lŏcís rĕpúgnĕt* — II 12,6 *docendí quŏd ìnténdĕrínt rĕcēdŭnt* — II 16,7 *audácĭ(am) èt súpplĭcātĭōnĭs* — III 11,16 *oportēt sŭàm iŭdĭcātĭōnĕm.* Reliqua exempla extant his locis: I 1,36; 2,4; 2,15; 5,10; 5,50; 5,72; 5,72; 9,3; 9,3; 10,8; 10,22; 10,46; 11,17; II 4,13; 5,14; 17,9; 17,19; 18,1; III 2,2; 4,7; 4,14; 6,50; 6,53; 6,101; 8,14; 9,8; 10,3.

B) en exempla huius f. V. clausulae — — — | — ᴗ — ᴗ — ⏓:
I 2,31 *incēssūm prònúntĭātĭōnĕm* — I 6,43 *quód cōnsuètūdĭnēm vŏcēmŭs* — II 15,22 *dícēt prònúntĭātĭōnĕ* — III 6,56 *vŏcăt hāc ìntérprĕtātĭōnĕ.* Reliqua exempla extant his locis: I 4,13; 5,1; 5,65; 5,72; 6,4; 8,5; II 4,1; 4,40; 13,12; 15,32; 20,6; 20,7; 20,8; III 3,7; 5,10; 5,11; 6,57; 6,86; 8,17; 7,4; 9,6; 11,16.

C) en exempla huius f. V. clausulae — ᴗ ᴗ — | — ᴗ — ᴗ — ⏓:
I 4,13 *cāsĭbŭs àtātĕ trānsĭĕrŭnt* — II 1,9 *eloquentiăm gĕnŭs èxércĭtātĭōnĭs* — III 7,4 *negotiĭs ădhĭbètūr prŏbātĭōnĕm.* Reliqua exempla extant his locis: I 2,2; 2,28; 11,17; II 2,3; 5,3; III 4,3; 5,2; 7,12; 8,51; 11,6; 11,19.

D) en exempla huius f. V. clausulae — ᴗ ᴗ | — ᴗ — ᴗ — ⏓:
II 2,8 *imitēmŭr ĕōs quĭbŭs făvēmŭs* — III 3,5 *invenīrè dĕĭndĕ iŭdĭcārĕ.*

Quibus expositis videamus, quomodo Quintilianus hanc f. V. clausulam — ⏑⏑ — | — — — — — ⏓ usurpaverit; cuius clausulae omnia exempla in primis III libris inventa proferam:

A) en exempla huius f. V. clausulae — ᴗ — | — — — — — ⏓:
I 6,14 *tērmĭnàtōs* ‚*Cĕrès*' *cōgāt dīcī* ‚*Cĕrĕrĭs*' — II 15,20 *nihīl pŭtàt dōctīs pērsuāsūrăm* — III 6,92 *intēntĭōnĕm*

[1]) Clausula integra, cuius pars incipiens dactylo constat, est haec: *Ligārĭ(um) ĭn Áfrĭcā fŭíssĕ* (Cic. p. Lig. 1,1).

plūr(a) óppōnúntŭr. Reliqua exempla extant his locis: I 1,13 1,36; 7,8; II 4,17; 11,3; 11,5; 12,11; III 2,3; 3,10; 6,13.

B) en exempla huius f. V. clausulae — — — | — — — — — ⏑̱:
III 6,67 *dīxĭmŭs àlĭōs rătĭōnálēs àlĭōs lēgálēs éssĕ* — III 6,72 *conténdĭt ōrātōr sèd própter quám cōnténdĭt.* Quas duas clausulas cretico aut choriambo auctas esse vides, id quod in his quoque clausulis — — — | — ⏑̱ et — — — | — — — ⏑̱ fieri scimus (cf. p. 13 et 27).

C) en exempla huius f. V. clausulae — ⏑ ⏑ — | — — — — — ⏑̱:
III 5,6 *ómnĭ(a) ĕn(im) hàec ĭgnōrárī póssŭnt* — III 6,34 *cṓnstĕt ĕt ìn rém dē quá nōn cónstĕt.*

Quae sunt omnes f. V. clausulae; hanc enim clausulam — ⏑ ⏑ | — — — — — ⏑̱ non inveni. Sed mihi commemorandum est talem quoque clausulam inveniri: — ⏕ — | — ⏑ — — — ⏑̱, quam ad formam V. pertinere accentus docet. Neque abs re erit exempla eius clausulae proferre:

A) en exempla huius clausulae — ⏑ — | — ⏑ — — — ⏑̱:
I 8,1 *concitátĭŏs lénĭŭs dīcéndŭm* — II 21,24 *quaé pŏtèst éssĕ cōnsūmmátă* — III 9,3 *tértĭŏ sĭt lŏcŏ dīctúrŭs.* Reliqua exempla extant his locis: I pr. 23; 1,10; 1,21; 10,3; II 4,13; 4,36; 17,34; III 1,8; 4,12; 5,11; 6,13; 8,36; 9,9.

B) en exempla huius clausulae — — — | — ⏑ — — — ⏑̱:
I 1,8 *quŏd dē nūtrícĭbŭs dīctúm sĭt* — II 21,21 *paterḗtŭr quà quísquĕ dḗ rē véllĕt* — III 9,6 *refellĕndūm tùm quó mŏdŏ nārrándŭm.* Reliqua exempla extant his locis: I pr. 26; 1,1; 4,3; 5,3; 5,59; 6,22; 7,14; 7,24; II 1,2; 6,7; 10,5; 17,14; 21,22; III 7,12; 8,16; 8,35.

C) en exempla huius clausulae — ⏑ ⏑ — | — ⏑ — — — ⏑̱:
I 5,45 *quídquĭd ĕōr(um) áltĕrī sūccḗdĕt* — II 12,10 *modéstŭs ĕt èss(e) ĕt vĭdḗrī málĭt* — III 11,23 *quaé vĕlĭt èffícĕrĕ párs dīvérsă.* Reliqua exempla extant his locis: I 4,16; 7,26; II 13,15; III 1,15; 6,97; 9,9.

D) huius clausulae — ⏑ ⏑ | — ⏑ — — — ⏑̱ inveni hoc unum exemplum: III 6,102 *patér sĭnĕ lībĕrīs dēcéssĭt.*

Nunc autem anquiramus, quae sit copia clausularum formae V.:

clausulae formae V.	l. I	l. II	l. III	summa	%
– ⏑ – | – ⏑ – ⏑ – ⏓	19	11	17	47	$34\,{}^{22}/_{27}\,\%$
– – – | – ⏑ – ⏑ – ⏓	17	14	14	45	$33\,{}^{9}/_{27}\,\%$
– ⏑ ⏑ – | – ⏑ – ⏑ – ⏓	7	5	11	23	$17\,{}^{1}/_{27}\,\%$
– ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏑ – ⏓	—	1	2	3	$2\,{}^{6}/_{27}\,\%$
– ⏑ – | – – – – – ⏓	4	5	4	13	$9\,{}^{17}/_{27}\,\%$
– – – | – – – – – ⏓	—	—	2	2	$1\,{}^{13}/_{27}\,\%$
– ⏑ ⏑ – | – – – – – ⏓	—	—	2	2	$1\,{}^{13}/_{27}\,\%$
summa	47	36	52	135	100%

§ 32.

De forma VI.

Afferamus statim exempla singularum f. VI. clausularum, cum ex iis optime colligi possit, quomodo forma VI. a Quintiliano usurpata sit:

A) en exempla clausularum huius formae VI. – ⏒ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓:

a) clausulae – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓: I 12,7 *facĭlĭŭs ĕst mūltă făcĕrĕ quăm dīū* — II 14,2 *tālĭs ĕst quālĭs ēlŏquēntĭă*. Reliqua exempla invenies his locis: I 10,37; II 6,2; III 9,2.

b) clausulae – – – | – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓: I 1,28 *dictāndī quăe trānsfĕrēndă sūnt lăbōr* — III 8,39 *aliquōs sī dĭvērsă fēcĕrīnt mĕtūs*. Reliqua exempla invenies his locis: II 4,8; III 11,24. Hae duae f. VI. clausulae – ⏑ ⏑ – | – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓ et – ⏑ ⏑ | – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓ desunt; quamobrem transeamus ad

B) exempla clausularum huius formae VI: — ⏕ — | — ⏑̄ — ⏑̄ — ⏑ ⏓:

a) clausulae — ⏑ — | — ⏑̄ — ⏑̄ — ⏑ ⏓: III 1,20 *oratōrĭās ártēs Mārcūs Túllĭŭs.*

b) clausulae — — — | — ⏑̄ — ⏑̄ — ⏑ ⏓: I 12,1 *ánnōs ònĕrārī nón ŏpōrtèát* — III 7,13 *maiōrēm bènĕfáctīs glōrĭām părít.* Reliqua exempla: III 5,2; III 8,66.

Has autem clausulas: — ⏑ ⏑ — | — ⏑̄ — ⏑̄ — ⏑ ⏓ et — ⏑ ⏑ | — ⏑̄ — ⏑̄ — ⏑ ⏓ in primis III libris non inveni.

§ 33.

De forma VII.

Hanc quoque clausularum formam a Quintiliano usurpatam esse intelleges, si exempla perspexeris, quae nunc e l. I—III afferam:

A) en exempla clausularum huius formae VII: — ⏕ — | — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓:

a) clausulae — ⏑ — | — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓: II 17,17 *éssĕ fàls(um) ín sĕquéntĭbŭs prŏbábŏ.*

b) clausulae — — — | — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓: II 2,7 *acērbūs mìnĭmēquè cōntŭmēlĭōsŭs.* Reliqua exempla: I 3,2; II 13,7.

c) clausulae — ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓: I 5,42 *síc quŏquĕ ràríssĭmŭs sĭt ēiŭs ŭsŭs.*

d) clausulae — ⏑ ⏑ | — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓: I 3,16 *sǽpĕ dòlórĕ vĕl mĕt(u) ăccĭdĕrŭnt.* Cf. praeterea hunc locum: II 17,6.

B) en exempla clausularum huius formae VII: — ⏕ — | — ⏓ — ⏓ — ⏓ — ⏓:

a) clausulae — ⏑ — | — ⏓ — ⏓ — ⏓ — ⏓: I 12,4 *plūrĭbùs cūrīs hórās pártĭāmŭr.* Reliqua exempla: III 6,13; 8,49.

b) clausulae — — — | — ⏓ — ⏓ — ⏓ — ⏓: III 6,17 *áccūsàtór rēspóndēt nūllă lís ĕst* — III 6,96 *fīlĭŭs sít pōst lègítĭmūm nātūs tántūm cívĭs*[1]).

Huius clausulae — ⏑ ⏑ — | — ⏓ — ⏓ — ⏓ — ⏓ exempla non inveni; itaque sequatur

---

[1]) Hanc f. VII. clausulam longis solis constantem cretico auctam esse vides (cf. p. 13, 27, 35).

c) clausulae — ⏑ ⏑ | — ⏓ — ⏓ — ⏓ — ⏓ hoc unum exemplum: II 6,7 *ōrĕ sŭō cōnlātōs pártĭúntŭr.*

Sed tales quoque clausulas — ⏑ — | — ⏑ — ⏑ — — ⏓ simillimas illis — ⏑ — | — ⏑ — — — ⏓ inveni[1]: II 8,14 *unúm nē tèmptēs quŏd éffĭcí nōn pōssĭt* — III 6,68 *nolĕntĕ vùlgátīs hōc tămĕn cōmplĕxūs.* Reliqua exempla: I 6,10; II 21,1; III 4,13; 6,99; 7,27.

§ 34.

De forma VIII—XI.

A) Forma clausularum octava, quam habebis, si ad formam VII. — ⏑ — | — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ longam addideris, raro quidem invenitur; exempla enim eius formae omnia sunt novem: I 4,29 *totúm dēclĭnātĭōnĭs ōrdĭnĕm fĕrúnt* — II 15,35 *opōrtĕăt nĭsĭ quŏd árt(em) ăd éxĭt(um) állĭgát* — III 6,51 *ĭsdēm gènĕrálĭbŭs căpĭtĭbŭs ŭtĭtúr.* Reliqua exempla invenies his locis: I 10,31; 12,7; II 2,14; 4,15; 21,12; III 9,8.

B) Qua forma non est usitatior clausularum forma IX. — ⏑ — | — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓: I 5,39 *ĭn dīvèrsá fŭíss(e) ŏpīnĭōnĕ vĭdĕŏ* — II 3,1 *ĕlĕmĕntòrŭm mòlēstĭās mĭnŭs sŭpērbă* — III 11,6 *immolávĕrăt ĕt cāptīvām pĕlĭc(em) áddūcēbăt.* Reliqua exempla invenies his locis: II 11,6; 18,2; 21,22; III 1,12; 6,71.

C) Formae decimae, quae est una syllaba longior quam nona, duo tantum exempla in primis III libris inveni: I pr. 24 *ómnēm sŭc(um) íngĕn(i)í bĭbŭnt ĕt ōssă dētĕgúnt* — III 6,56 *interpretatiōn(e) ăn ĭll(i) áccĭdát vĭrō bŏn(o) ēssĕ vĕl mălō.*

D) Duo tantum exempla formae XI. quoque — ⏑ — — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓ in libris III primis habemus: I 2,16 *suám quŏquĕ glōrĭām pĕcūlĭārĭtĕr fŏvēbăt* — I 3,9 *acriōr(em) ănĭmŭm quí fĕrĕ nĕcēssĭtātĭbŭs rĕpūgnăt.*

---

[1]) De his f. VII. clausulis — ⏑ — | — ⏑ — — — ⏑ — ⏓ cf. p. 40.

Cap. VI.

De nonnullis aliis clausulis.

Nemo iam certe, qui Zielinskii librum ,de clausulis Ciceronianis' perlegerit, eum dixisse ignorabit, epitritum secundum — ⏑ — — partem incipientem efficere posse. Neque nego plurimas clausulas epitrito in parte incipiente admisso pulcherrime claudere. Quod quamquam concedo, tamen mihi commemorandum esse puto, illas clausulas — epitrito non admisso — ad alias quoque clausularum formas pertinere posse, quae pro parte incipiente cretico aut choriambo aut molosso aut dactylo utuntur, velut in his verbis: II 12,5 *audiunt ĕă quǣ | dīcĕr(e) ĭpsī nōlŭĭssĕnt* statuemus epitrito in parte incipiente admisso formam clausularum tertiam, non admisso formam clausularum septimam. Neque vero dubitabis, quin ea, quae dixi, ad omnes clausulas, quae epitrito pro parte incipiente uti videntur, pertineant, si clausularum exempla, quae in § 35 afferam, perscrutatus eris. In § 36 autem pauca de his duabus clausulis: — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏓ et — ⏑ ⏑ — ⏓ dicam [1]).

§ 35.

De clausulis, quae epitrito pro parte incipiente uti videntur, dicitur.

Cum iis, quae supra de his clausulis dixi, nihil iam mihi addendum sit, optimum esse puto exempla singularum formarum enumerare. Incipiamus, si placet, ab exemplis formae II., quae reliqua sequantur.

A) Haec exempla clausularum, quae epitrito in parte incipiente admisso huius formae II. — ⏑ — — | — ⏑ ⏓ sunt, pertinent epitrito non admisso

a) ad formam VI.: I 4,12 *commūnĕ quǣ cūm quĭbūs cognātĭō* — II 17,22 *ostēndĭmŭs ĕt quĭs ēssēt dīxĭmŭs* — III 3,3 *ĕst nĕcēssārĭō quīntūs lŏcūs*. Reliqua exempla: I 2,13 (*tradenda sunt*); I 5,2 (*pluribus*); I 5,36 (*ego*); I 6,8

[1]) Vt spatio parcam, plurima exempla numeris et vocabulo final significabo.

(*Lucilium*); I 6,16 (*observatio*); I 7,17 (*litteram*); I 10,9 (*traditum est*); I 12,7 (*colant*); II 12,10 (*sciat*); II 14,3 (*oratoria*); II 17,25 (*petit*); II 21,1 (*Gorgias*); III 1,15 (*principes*); III 2,3 (*observatio*); III 3,2 (*exigit*); III 5,9 (*prior*); III 6,23 (*quaestio*); III 6,45 (*distinguere*); III 8,33 (*minus*); III 11,11 (*disceptatio*).

b) ad formam VIII.: II 13,1 *proŏemĭ(um) ĕt ìd quālĕ prŏxĭm(a) hŭic nārrātĭŏ* — III 5,10 *comprendī nĭhĭl nŏn ĭn ŭnĭvērsūm cērt(um) ĕrit.* Reliqua exempla: I 6,1 (*consuetudine*)[1]; II 5,16 (*sua*).

c) ad formam X.: III 6,21 *impendīssĕ mùltōs scĭām nōbīs stătūm dīcī plăcēt.*

d) ad formam XII.: II 16,1 *vehemēntĕr ìn ĕ(am) īnvĕhī sòlēnt ēt quŏd sĭt īndīgnīssĭmŭm.* Reliqua exempla: III 3,9 (*caret*); III 7,15 (*erunt*).

B) Haec exempla clausularum, quae epitrito in parte incipiente admisso huius formae III. — ◡ — — | — ◡ — ⏓ sunt, pertinent epitrito non admisso

a) ad formam VII.: I 10,37 *nŏn fĕrè tōtă cōnstāt sȳllŏgīsmĭs* — II 12,5 *audiūnt ĕă quæ dīcĕr(e) īpsī nōlŭīssĕnt* — III 2,3 *ūsū tùm quǽ scĭēbāt quīsquĕ dŏcŭĭt.* Reliqua exempla: I 1,18 (*fastidiamus*); I 5,35 (*dictum*); I 6,21 (*similia*); I 7,4 (*scriberemus*); I 10,17 (*fuerunt*); I 10,20 (*defuisse*); I 10,22 (*desideratur*); I 10,36 (*cognationem*); II 1,5 (*laborem*); II 1,7 (*quaestione*); II 3,2 (*consequatur*); II 4,18 (*vocatur*); II 8,2 (*composuerint*); II 8,11 (*existimavit*); II 15,25 (*mentiantur*); II 17,12 (*genus est*); II 19,2 (*poterit*); II 20,2 (*ruentes*); III 2,2 (*compararit*); III 4,11 (*existimavit*); II 6,22 (*fuisse*); III 6,38 (*sustulisse*); III 6,46 (*placuerit*); III 6,50 (*translationem*); III 6,75 (*accusationis*); III 6,86 (*qualitatem*); III 7,28 (*quaestionem*); III 8,32 (*honesta*); III 11,25 (*evagamur*).

b) ad formam IX.: I 7,6 *īntĕr ìpsās ĭnēptĭās ēvānŭērŭnt* — II 4,33 *sūnt trĭă sācrī pūblĭcī prīvātī iūrĭs* — III 9,1 *duōbŭs ìntēntĭōnĭs āc dēpūlsĭōnĭs.* Reliqua exempla: I 1,1

---

[1]) cf. pars II § 15 C.

(*promptos*); I 1,15 (*poetae*): I 5,2 (*dictiones*); I 6,17 (*perversitate*); I 7,5 (*scriberetur*); I 7,6 (*diebus*); I 10,37 (*facimus*); II 5,2 (*fuerunt*); II 17,7 (*fuisse*); II 17,43 (*docerent*); II 17,43 (*separamus*); III 1,5 (*ineat*); III 6,6 (*conflictione*); III 6,21 (*verteretur*); III 6,25 (*video*); III 6,51 (*intelleguntur*); III 8,5 (*tumultus*).

c) ad formam XI.: I 11,4 *ŭt sŭĭs quǽquĕ lĭttĕrǽ sŏnīs ēnūntĭēntŭr.* Reliqua exempla: I 4,18 (*tradiderunt*); I 10,49 (*solere*); II 4,27 (*pertinere*).

d) ad formam XIII.: II 10,12 *cōnsĭlĭōrūmqu(e) ĭmágŏ sĭmĭlĭs éssĕ dḗbēt vḗrĭtātĭ.* Reliqua exempla: III 4,1 (*fuerunt*); III 8,31 (*similius*).

C) Haec exempla clausularum, quae epitrito in parte incipiente admisso huius formae IV. — ⏑ — — | — ⏑ — ⏑ ⏓ sunt, pertinent epitrito non admisso

a) ad formam VIII.: I 10,11 *nṓn pŏtèst éssĕ pĕrfḗct(a) ēlòquēntĭá* — II 8,15 *ṓrātòrĭs fŭtūrī măgístrō prōvĭdḗnd(um) ĕrít.* Reliqua exempla: I 3,1 (*notabile est*); II 4,12 (*amet*); II 4,14 (*opus*).

b) ad formam X.: I 8,15 *ū́ltĭm(a) èiū́s prŏféssĭōnīs dīlĭgḗntĭá (e)st.*

c) ad formam XII.: II 4,34 *ḗă quĭdèm dē quĭbūs quǽrī sòlḗt cōmmūnĭ(a) ṓmnĭbŭs.* Cf. praeterea hoc exemplum: III 7,16 (*audientibus*).

D) Haec exempla clausularum, quae epitrito in parte incipiente admisso huius formae V. — ⏑ — — | — ⏕ — ⏕ — ⏓ sunt, pertinent epitrito non admisso

a) ad formam IX.: II 17,3 *ēruditiṓnĕ mŏdō sĕd á sēnsū́ rēmōtŭs hŏmĭnĭs.* Reliqua exempla: I 5,69 (*similia*); II 15,11 (*corruptores*); III 4,14 (*posita*).

b) ad formam XI.: II 10,9 *mĭnū́s tĭmèrēmùs ét iòcōs īnsḗrĕrĕ mṓrĭs éssḗt.* Reliqua exempla: II 4,6 (*severa*); III 1,14 (*usus*).

E) Haec exempla clausularum, quae epitrito in parte incipiente admisso huius formae VI. — ⏑ — — | — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏓ sunt, pertinent epitrito non admisso ad formam X.: I 6,2 *érrŏr hŏnēstŭs ést māgnṓs dŭcḗs sĕquḗntĭbŭs* — II 17,4 *éx rĕpŏsĭtō vĕlū́t thēnsáurō s(e) ṓffĕrḗntĭbŭs.*

Quae sunt omnia earum clausularum exempla in primis III libris inventa. Videmus autem, ante epitritum, qui partem incipientem efficere videtur, semper creticum aut molossum aut choriambum aut dactylum inveniri, id quod casui haudquaquam tribui potest. Sed re vera in illis clausulis creticus aut molossus aut choriambus aut dactylus epitritum antecedens partem incipientem efficiet, non epitritus, qui ad partem finientem pertinebit.

§ 36.

De clausulis – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ et – ⏑ ⏑ – ⏓.

Quarum clausularum altera[1]) est illa a Wolffio D_2 vocata, quam ad hanc clausulam (– ⏒ –) – ⏑ – ⏑ ⏓ pertinere putavit, altera clausula heroica, quam Zielinskius in forma III. numerari vult. Atque infra excutiam, utrum viri illi doctissimi recte iudicaverint necne; nunc autem proferamus exempla, atque primum quidem huius clausulae – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓: I 5,57 *Hŏrātĭŭs ūtĭtŭr* — II 12,7 *petūnt măgĭs ēmĭnĕnt* — III 6,76 *suīs rătĭōnĭbŭs*. Reliqua exempla: I 1,20 (*putet*); I 3,14 (*velim*); I 6,44 (*erit*); I 8,19 (*potest*); I 10,29 (*musice*); I 10,34 (*opinio est*); II 4,17 (*cito*); II 13,9 (*opus*); II 15,27 (*cluditur*); II 16,19 (*viro*); II 17,29 (*veritas*); III 5,15 (*necesse sit*); III 6,65 (*fuit*); III 7,15 (*ducitur*); III 8,17 (*modo*); III 8,32 (*vocant*).

Quibus clausulis allatis quaeritur, in qua clausularum forma numerandae sint. Neque dubito respondere eas certe ad clausularum formam II. pertinere. Vt enim dactylus in forma III., IV., reliquis partem incipientem formare potest, ita illum pedem in parte incipiente formae II. admittendum esse puto; accedit quod haec clausula – ⏑ ⏑ – ⏓ certe ad clausularum formam I. pertinet, id quod nunc demonstrabo. Sed priusquam ad rem aggrediar, afferam exempla clausulae illius heroicae a Quintiliano quamquam damnatae (IX 4,75; 102), tamen adhibitae:

A) Clausulam heroicam alii quoque pedes antecedunt: I 6,3 *nūmmō cŭi pūblĭcă fōrmă* (*e*)*st* — II 2,5 *emendānd*(*a*)

---

[1]) Zielinskius hanc clausulam – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ admittendam esse negat.

ĕrŭnt dĭssĭmŭlātŏr — III 5,16 *aliās quaē ăd ălĭquĭd rĕfĕrāntŭr* — III 8,27 *pĕrtĭnĕt ūtĭlĭtātĭs.* Cf. praeterea hos locos: I 6,19 (περίεργον); I 10,29 (*composuerunt*); II 11,7 (*puerorum*); II 15,10 (*Theodectes*); II 17,23 (*dicet*); III 9,7 (*conciliandus*).

B) clausula heroica pedibus non aucta invenitur his locis: I 2,8 (*esse*); I 2,31 (*loqueremur*); I 4,25 (*Vopiscus*); I 5,31 (*acuta*); II 4,18 (*monumentis*); II 10,15 (*instituatur*); II 17,3 (*esse*); III 5,12 (*impediatur*); III 6,21 (*referantur*); III 6,92 (*tueatur*); III 7,2 (*iudiciorum*); III 11,1 (*accipienda est*).

Si haec exempla clausulae heroicae — omnia in primis III libris inventa — perscrutati erimus, videbimus illum hexametri finem clausulae loco adhibitum decies quidem parte quadam incipiente uti (molosso: quater, cretico: bis, choriambo: bis, dactylo: bis), duodecies autem (exempla enim omnia sunt viginti duo) nulla. Quae cum ita sint, rectene facimus, quod clausulam heroicam numeramus in clausulis formae III., ad quam si pertineret, semper sic cludere deberet: — ⏓ — | — ⏑ ⏑ — ⏒? — Minime, mea quidem sententia; tales enim clausulae, quales I 2,8 *ántĕquām scĭānt vĭtĭ(a) éssĕ* ad formam III. pertinere non possunt, quia trochaeus dactylum antecedens est impedimento. Sed finem hexametri formae I. clausulam habeo, quae ante trochaeum cludentem dactylo pro parte incipiente utitur quamque appellem 1^d^ ut illam — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏒: 2^d^, hanc — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏒ 3^d^. Sed cum nova clausulae appellatione clausulae qualitas pretiumque haudquaquam augetur: est nihilominus illa clausula heroica a scriptoribus damnata et vitata, id quod ex huius clausulae copia cognosci potest.

Cap. VII.

De clausularum copia.

§ 37.

Reliquum est, ut doceam, quae sit copia et omnium clausularum in primis III libris Quintilianei operis inventarum et singularum cuiusque formae. Atque optimum quidem esse puto, tabellam quandam proponere, ex qua clausularum copiam intellegas:

formae		singularum clausularum	l. I	l. II	l. III	summa	%
I.	1	—∪——⏒	447	429	357	1233	$39\frac{1}{4}$
	1tr	—∪∪——⏒	6	7	7	20	$\frac{2}{3}$
	1d	—∪∪—⏒	7	7	8	22	$\frac{2}{3}$
	1	————⏒	13	15	13	41	$1\frac{1}{4}$
II.	2	—∪——∪⏒	142	143	123	408	$13\frac{1}{8}$
	2tr	—∪∪——∪⏒	6	5	7	18	$\frac{3}{5}$
	2d	—∪∪—∪⏒	7	6	6	19	$\frac{3}{5}$
	2	————∪⏒	105	109	117	331	$10\frac{1}{2}$
III.	3	—∪——⏓—⏒	118	84	89	291	$9\frac{3}{8}$
	3tr	—∪∪——⏓—⏒	20	19	19	58	$1\frac{3}{4}$
	3d	—∪∪—⏓—⏒	13	15	17	45	$1\frac{2}{5}$
	3	————⏓—⏒	84	65	72	221	$7\frac{1}{7}$
IV.	4	—∪——⏓—∪⏒	17	20	19	56	$1\frac{2}{3}$
	4tr	—∪∪——⏓—∪⏒	8	5	7	20	$\frac{2}{3}$
	4d	—∪∪—⏓—∪⏒	1	2	2	5	$\frac{1}{7}$
	4	————⏓—∪⏒	15	16	18	49	$1\frac{1}{2}$
V.	5	—∪——⏓—⏓—⏒	23	16	21	60	$1\frac{3}{4}$
	5tr	—∪∪——⏓—⏓—⏒	7	5	13	25	$\frac{2}{3}$
	5d	—∪∪—⏓—⏓—⏒	—	1	2	3	$\frac{1}{10}$
	5	————⏓—⏓—⏒	17	14	16	47	$1\frac{1}{2}$
VI.	6	—∪——⏓—⏓—∪⏒	6	4	8	18	$1\frac{1}{3}$
	6tr	—∪∪——⏓—⏓—∪⏒	1	1	1	3	
	6d	—∪∪—⏓—⏓—∪⏒	—	2	1	3	
	6	————⏓—⏓—∪⏒	6	1	6	13	
VII.	7	—∪——⏓—⏓—⏓—⏒	5	8	7	20	$1\frac{2}{3}$
	7tr	—∪∪——⏓—⏓—⏓—⏒	2	1	3	6	
	7d	—∪∪—⏓—⏓—⏓—⏒	1	4	1	6	
	7	————⏓—⏓—⏓—⏒	6	5	9	20	
VIII.	8	—∪——⏓—⏓—⏓—∪⏒	3	4	3	10	$\frac{5}{7}$
	8tr	—∪∪——⏓—⏓—⏓—∪⏒	—	1	—	1	
	8d	—∪∪—⏓—⏓—⏓—∪⏒	—	2	—	2	
	8	————⏓—⏓—⏓—∪⏒	3	2	1	6	
IX	9	—∪——⏓—⏓—⏓—⏓—⏒	5	4	5	14	$1\frac{1}{6}$
	9tr	—∪∪——⏓—⏓—⏓—⏓—⏒	—	2	2	4	
	9d	—∪∪—⏓—⏓—⏓—⏓—⏒	—	3	2	5	
	9	————⏓—⏓—⏓—⏓—⏒	5	2	2	9	
X.		—⏓——⏓—⏓—⏓—⏓—∪⏒	3	1	2	6	$\frac{2}{10}$
XI.		—⏓——⏓—⏓—⏓—⏓—⏓—⏒	5	3	1	9	$\frac{1}{3}$
XII.		—⏓——⏓—⏓—⏓—⏓—⏓—∪⏒	—	2	3	5	$\frac{1}{6}$
XIII.		—⏓——⏓—⏓—⏓—⏓—⏓—⏓—⏒	—	1	2	3	$\frac{1}{10}$
		Clausularum summa	1107	1036	992	3135	100%

Qua ex tabella cognosces Quintiliano singularum clausularum gratissimas fuisse eas, quae cretico pro parte incipiente utuntur. Quibus certe postpositae sunt a scriptore eae clausulae, quarum pars incipiens formatur molosso; sed tamen satis multum valent. Sed eae clausulae, quae choriambo aut dactylo pro parte incipiente utuntur, in forma prima atque in altera quidem vitantur, in forma autem tertia et in iis, quae tertiam sequuntur, admittuntur; neque tamen negari potest plus pretii tribuendum esse clausulis, quae in parte incipiente choriambum usurpant. Sed quod ad formarum pretium attinet, sine ulla dubitatione plurimum valet forma I. ($41^5/_6\,^0/_0$), quam sequitur et forma II. ($24^{33}/_{40}\,^0/_0$) et forma III. ($19^2/_3\,^0/_0$). Ciceronis autem usu comparato cum usu Quintiliani videmus illum scriptorem alteri quidem formae clausularum tantum fere pretii tribuisse ($23^1/_5\,^0/_0$) quantum Quintilianum, formae autem primae multo minus ($32^9/_{10}\,^0/_0$). Sed clausularum formam III. Cicero pluris fecit quam Quintilianus ($32^7/_{10}\,^0/_0$): valet enim apud Ciceronem tantum, quantum forma I. Quae cum ita sint, contendere possumus formam I. apud Quintilianum auctam esse cum damno formae III.

Pars altera.

De accentu verborum atque syllabarum mensura.

Quoniam de clausularum formis dixi, nunc clausulis nixus de nonnullis quaestionibus, quae et ad verborum accentum et ad syllabarum mensuram pertinent, disputabo.

Cap. I.

De verborum accentu.

Constat ex clausulis cognosci posse, qui fuerit verborum accentus, cui rei iam multi viri docti operam dederunt [1].

[1] Cf. Georgius Wuest (De clausula rhetorica quae praecepit Cicero etc., diss. Argent. 1881), E. Müller (l. s. a.), Bornecque (La prose métrique dans la correspondance de Cicéron, Paris 1898), J. Wolff, A. Kirchhoff (De Apulei clausularum compositione et arte quaestiones criticae, Lips. 1902), Zielinskius (Philol. suppl. IX. p. 759 sqq.).

Neque tamen erit supervacuum hoc loco de accentu disserere, quia et Zielinskius, qui nuperrime et de clausulis Ciceronianis et de accentu in clausulis adhibito dixit, in nonnullis rebus erravisse mihi videtur, neque alienum erit eas res, in quibus omnes iam consentiunt, exemplis Quintilianeis confirmare. Atque primum quidem exponam non solum praepositiones cum casibus, sed etiam particulas quasdam, pronomina, verbi *esse* formas cum verbis praecedentibus aut sequentibus tam arte coniungi potuisse, ut sub uno accentu pronuntiarentur (§ 1—4), deinde explanabo, quo accentu eae voces utantur, quarum syllaba ultima est elisa (§ 5), tum de accentu talium verborum, qualia sunt: *dīspŏsĭtĭŏ dīspŏsĭtĭōnĭs, rĕlĭgĭŏ rĕlĭgĭōnĭs, bĕnĕfĭcĭŭm*, disputabo (§ 6—9).

§ 1.

Incipiamus autem a praepositionibus cum casibus coniunctis[1]) atque proferamus exempla certissima:

a, ab: III 7,5 *á lŭpà dīcăt* — III 9,8 *áb ĭīs quæ̀ prīmă sùnt* — IV 2,20 *áccĭpĭèndŭm quŏd èst á mē pŏsĭtŭm.*

ad: III 6,24 *ád stătùs pērtĭnērĕ* — III 6,51 *quántĭtăt(em) ád ălĭquìd* — II 17,22 *prṓpŏsĭt(um) ád quēm téndănt.*

apud: IV 1,72 *apŭd bònòs iúdĭcēs nĕgăt* — I 4,26 *apŭd nōs quòquĕ séptĭmĭ.*

contra: IV 2,66 *rḗs cōntrà nṓs ĕrĭt.*

de: III 11,25 *dḗ quĭbùs vŏlŭmŭs* — III 6,9 *dḗ quō prònūntĭĕtŭr.*

ex: II 5,12 *éx mălĭs mōrŭm* — III 9,4 *éx quĭbùs ègrĕdĭtŭr.*

in: I 1,5 *ín bŏnùm vértĕrĭs vĭtĭă* — III 6,5 *ín ĕō pàrs ŭtrăqu(e) ìnsīstĭt* — I 3,12 *ín prāv(um) ìndūrŭĕrŭnt* — III 11,3 *ín spĕcĭēs dīvĭdì cṓnvĕnìt* — II 17,7 *ín ălĭòs sémpĕr.*

inter: III 6,53 *intḗr spĕcĭēs iūrĭdĭcĭālīs ūsĭtātŭm* — IV 2,90 *nḗ-quă ìntḗr sē pŭgnĕnt.*

intra: II 7,3 *sempērqu(e) hăbēbŭnt īntrà sḗ quŏd ìmĭtēntŭr.*

---

[1]) Cf. J. Wolff, annal. phil. class. suppl. XXVI p. 671; Skutsch, Forschungen I § 13; Lindsay, Die lat. Sprache. Leipzig 1897, p. 192 sqq.

pro: II 17,20 *eōquĕ sè prṓ vèr(o) ū́tĭ* — I 5,41 *prṓ ăliò pṓnĭtŭ̀r.*

propter: III 8,59 *prŏptĕr quās dìxī́ sŭprà cáusăs* — III 8,18 *proptĕ́r ăliàs ĭntērvènĭēntēs èxtrī́nsĕcùs cáusas* — IV 1,65 *debebimūs prōptèr quám vĕtámŭr.*

Ab hac quidem praepositionum cum casibus coniunctione differt ea, de qua nunc dicam. Inveni enim clausularum exempla, ex quibus cognosci potest talem praepositionis acutae cum voce spondiaca coniunctionem, qualis est *in causis*, hoc accentu uti: *ĭ́n cāusìs.* En omnia exempla in primis IV libris inventa:

ad: I 1,23 *ád sūmmàm crēdĭdíssĕt* — I 1,36 *animṓ rŭd(i) ùsqu(e) ád mōrēs prōfĭ́cĭĕt.*

circa: I 1,21 *hǽsīt cìrcá fōrmàs lĭttĕrárŭm.*

de: III 4,6 *dḗ cāusìs iūdĭcèt* — III 6,40 *dḗ fāctò quǽrĕrētŭr* — III 6,55 *dḗ scrīptò quǽrĕrētŭr.*

e, ex: II 15,21 *éx grǣcò trānstŭlērŭnt* — IV 2,41 *ḗ pōrtù návĭgávĭ.*

in: I 2,2 *ĭ́n plūrìs pártĭātŭr* — I 5,17 *ĭ́n vērsùs ĭncìdērŭnt* — II 7,4 *ĭ́n cāusìs ū́tĭlìs* — II 13,9 *ĭ́n vūltù mĭ́llĕ spĕ́cĭēs* — II 17,24 *ĭ́n pōrtùm pērvĕnī́rĕ* — IV 2,19 *ĭ́n Vérrèm dḗ Prŏsērpĭnā́.*

§ 2.

Nunc venimus ad pronominum et formarum *est*, *sunt* cum verbis sequentibus coniunctionem, de qua idem valet atque de coniunctione praepositionum cum casibus. Quod ex his clausularum exemplis cognoscas:

A) Pronomina cum verbis sequentibus se coniungunt his locis:

hic: I 5,27 *hī́s lŏcìs vērbă cōniūngĭmùs* — II 9,2 *hǽc pĭĕtàs cṓnfĕrèt stŭ́dĭŏ* — III 7,28 *hṓc ŏpùs pṓssĭnt.*

idem: I 4,2 *ū́trīqu(e) èădém vĭà (e)st* — III 3,14 *nollēnt ĭn ĭdèm nṓmĕn ìncĭ́dĕrĕ.*

ille: III 6,17 *actṓrĭs ìllḗ stătùm fắcĭĕt.*

nos: II 16,14 *nṓs sŏcĭòs éssĕ cùm dī́s īmmòrtālĭbùs vŏlùĭt.*

noster: I 5,62 *primám brĕv(em) ắcŭī nōstèr sérmŏ nòn pắtĭtŭr.*

suus: I 8,7 *suō lŏcŏ dīcăm* — III 3,4 *suō lŏcŏ dăbĭmŭs* — III 11,8 *suōs stătŭs hăbĕănt.*

uter: II 4,21 *utĕr mĕlĭŏr ŭtĕrvĕ dĕtĕrĭŏr.*

B) Formae *est*, *sunt* cum verbis sequentibus se coniungunt his locis:

est: I 6,32 *id ést bŏnŭm iúdĭcĕs* — II 4,15 *utile ĕst pŭĕrĭs ád lŏquĕndī făcŭltātĕm.*

sunt: I 5,1 *sŭnt sŭprà dĭctīs cŏntrărĭă* — III 3,14 *sŭnt pŏtĭŭs qu(am) ártĭs* (aut: *sŭnt pŏtĭŭs quăm ártĭs*).

§ 3.

Quibus expositis dicamus de pronominum, coniunctionum, verborum cum verbis praecedentibus coniunctione, quae *enclisis* appellari solet[1]). Atque proferamus statim clausularum exempla, ex quibus ea res cognosci possit.

A) Coniunctiones *etiam*, *quidem*, *quoque*, *tamen* enclitice adhiberi ex his quidem clausulis cognosces:

etiam: I 5,11 *át ĕtĭàm láudĕ dŭcĭ* — I 5,55 *institút(a) ĕtĭàm mŭltă vĕnĕrŭnt* — III 8,48 *refért ĕtĭàm quǽ sĭt pĕrsōnă suădĕntĭs.* Huc pertinet, ut demonstrem *sĕd ĕtĭăm* hoc accentu maxime uti *séd ĕtĭăm*, id quod iam Zielinskius significavit (in Philol. suppl. IX. p. 818); proferamus autem clausularum exempla ex omnibus XII libris: I 7,35 *séd ĕtĭàm lĭttĕrĭs dĕdĭt* — II 6,1 *séd ĕtĭ(am) àdfĕctĭbŭs* — III 3,2 *séd ĕtĭàm quō lŏcŏ* — VI 3,13 *séd ĕtĭàm rŭstĭcĭ sálsē dīcănt* — VII 2,28 *séd ĕtĭàm crīmĭnĭ* — IX 2,94 *séd ĕtĭàm crēdănt* — X 3,15 *séd ĕtĭàm rătĭŏ* — XI 1,72 *séd ĕtĭàm cārĭtās.* Confer praeterea hos locos: I 2,9; 6,42; 8,16; II 17,43; VI 3,110; VII 2,29; IX 4,76; XII 1,37.

quidem: I 10,17 *mimorŭm quĭdĕm scrīptŏr* — II 2,15 *prǽcĭpĭĕndŭm quĭdĕm crēdŏ.*

quoque: I 7,11 *vīs quŏquĕ dĭvĕrsă* — I 7,34 *aspĕr quŏqu(e) ĕxāctŏr* — II 21,13 *perpetuǽ quŏquĕ mătĕrĭă vĭdĕātŭr* — III 8,46 *tacentibŭs quŏquĕ nŏbīs vălĕt.*

---

[1]) Cf. J. Wolff, p. 670; Skutsch, p. 127 sqq.; Lindsay, p. 189 sqq.

tamen: I 1,4 *rectē tămĕn ĕtĭām lŏquāntŭr* — I 12,14 *sūppĕdĭtābāt tămĕn tēmpŭs* — III 5,9 *nondūm tămĕn hŏc prŏprĭē dīxĕrĭs cāusăm.*

B) Pronomina *aliquis*, *meus*, *suus*, *mihi*, *sibi*, *quis* enclitice adhibita esse ex his clausulis cognosci potest:

aliquis: II 13,14 *pārt(e) ălĭqu(a) ĕt sūbrŭĭ pōssĭt* — II 21,3 *in ūn(a) ălĭquă pārtĕ pŏnēndăm.*

meus: I 2,23 *praeceptoribūs mĕĭs mōrĕm.*

mihi: II 11,1 *ōbstātūrōs mĭhĭ.*

suus: I 12,17 *vocī sŭæ dēbĕăt prǣcŏ* — II 3,11 *iudiciō sŭō cōgĕt.*

sibi: I 12,18 *pērsuādēbīt sĭbĭ* — III 1,20 *adulescentī sĭb(i) ĕlāpsōs dīcĕrĕt.*

quis: I 2,17 *ēxplĭcēmūs quĭd ĭpsī sĕquāmŭr* — III 7,16 *quae solūs quĭs ăut prīmŭs ăut cērtē cŭm pāucīs fēcīssĕ dĭcētŭr.*

C) Verborum formas enclitice adhibitas esse ex his clausulis cognoscemus:

sum: I 6,10 *tēmpŏrĕ prǣtĕrĭtō păctūs sŭm* — III 6,101 *lĭcĕăt hērēs sŭm.*

sumus: I 7,31 *quŏd dīctūrī sŭmŭs* — I 12,5 *modō rĕcēntēs sŭmŭs ăd īd quŏd ĭncĭpĭmŭs.*

sunt: II 3,3 *ĕt bŏnŏ sānē stŏmăchō cōntēntī sŭnt.*

sit: I 2,22 *ĭpsă vĭtĭŭm sĭt ămbĭtĭŏ* — II 8,12 *ōbsĕquēndŭm sĭt* — III 6,71 *īntērdĭctūm sĭt ămbĭgĭtŭr.*

sint: II 5,13 *quām nē sēmpēr dŏcēndī sĭnt.*

fuit: I 10,28 *iām tĭmēntī fŭĭt.*

fore: I pr. 2 *ārbĭtrābār fŏrĕ* — I pr. 6 *inutilēs fŏrĕ lĭbrī vĭdēbāntŭr.*

volo: I 10,8 *ōrātōrēm vŏlŏ.*

velim: I 8,3 *pronūntĭārī vĕlĭm.*

Quibus expositis transeamus in

§ 4.

ad coniunctionem pronominum et verbi *esse* formarum — de quibus in § 2 dixi — cum verbis encliticis, quam sub uno accentu pronuntiandam esse apparet.

A) Illa pronomina cum verbis encliticis se coniungunt his locis:

hic: II 1,6 *ad hǽc quŏquĕ trà̆dĕndă sùffícĭăt* — II 21,5 *hī́s quĭdèm vĕrbī́s* — III 6,21 *cum hṓc mĭhì nṓn ĕrìt pū́gnă*.

ille: III 6,45 *illū́m quŏqu(e) ùt iū́stē fècī́ssĕ vìdḗāmŭr*.

suus: I 1,21 *est sŭ́(a) ĕtĭàm stŭ́dĭīs ìnfántĭă* — I 2,16 *suám quŏquĕ glōrĭám pĕcū́lĭārĭtḗr fŏvḗbĭt*.

B) Formae verbi *esse* cum verbis encliticis se coniungunt his locis:

est: I 2,2 *ést tămèn dī́ssĭmŭlànd(um) ḗssĕ nònnū́llŏs* — III 6,81 *ést ĕtĭàm quĭ́d sĭ́t àppārĕt*.

sint: III 6,103 *sínt ĕtĭàm nṓn lēgĭ́tĭmĭ́*.

Haec notanda breviter existimavi. Nunc autem dicamus in

§ 5.

de accentu eorum verborum, quorum syllaba ultima elisa vel synaloepha cum prima vocali verbi insequentis coniuncta est: in his enim verbis accentum in quartam (aut in tertiam in talibus verbis, qualia sunt *sērmōnĕm*, *lāscīvă*) a fine eiusdem verbi syllabam recedere posse viri docti iam pridem docuerunt[1]). Huc pertinent hi loci:

— ◡ ◡ (⏒): I 4,19 *ártĭcŭl(i) àdiḗctī pòst prǽpŏsìtĭṓnĕs* — II 5,3 *prǽcĭpĕr(e) ìn pṓstĕrū́m pŭdḗrĕt* — II 15,5 *ádpŏsĭt(e) àd pērsuādĕndŭ́m* — III 8,22 *ínvĕnĭ(o) hùic tḗrtĭǽ lŏcū́m*.

◡ ◡ — (⏒): I 6,4 *rátĭōn(em) èt dēmĭnū́tĭōnĕm* — III 1,22 *quadám sŭpèrstítĭōn(e) ìmbū́tŭs àddíxĭ* — III 4,6 *quǽrĭtŭr mănĭfēstū́m (e)st gĕnŭ́s*.

◡ ◡ ◡ (⏒): I 11,14 *mĕmŏrĭ(am) èxḗrcĕàt* — II 13,16 *părĭĕt(em) èxī́bĭmùs* — II 21,8 *aedĭ́fĭcĭ(o) ùtĭlĭă vèrsātŭr* — III 7,20 *praenṓmĕn è fámĭlĭ(a) ìn pṓstĕr(um) èxḗmptŭm (e)st*.

— — (⏒): I 2,21 *prṓdĕrìt láudāt(a) ìndū́strĭà* — II 4,8 *ū́mōr(e) ùllō sōlùm* — II 15,36 *vī́rtūt(em) òrātĭṓnĭs* — III 4,2 *tḗmpŏrūm nṓstrōr(um) àuctṓrè prŏp(e) ìmpū́lsŭm* — III 6,87 *dī́vērs(um) ìntḗrprĕtámŭr*.

---

[1]) Cf. Wolff, p. 669; Ritschl, opusc. II, p. 209; Klotz, Altröm. Metrik, p. 265.

His satis cognitis, quae iam explicata sunt, proximum est, ut doceam, quomodo verba qualia: *dispositio*, *dispositionis*, *religio*, *religionis*, *beneficium* sint acuenda. Atque primum quidem in

§ 6.

de accentu verborum qualia: *dīspŏsĭtĭōnis*, *rĕlĭgĭōnĭ̆s* dicam. Zielinskius enim dicit (in Philol. suppl. IX. p. 639 sq., 692 sq.) talia verba, qualia sunt: *dīspŏsĭtĭōnĭ̆s*, *ārtĭfĭcĭālĭ̆s*, *rĕlĭgĭōnĕ̆*, *rĕpŭdĭēntŭ̆r* semper sic acuenda esse: *dīspŏ́sĭtĭṓnĭ̆s*, *ārtĭ́fĭcĭā́lĭ̆s*, *rĕ́lĭgĭṓnĕ̆*, *rĕ́pŭdĭḗntŭ̆r*, id quod falsum esse contendo[1]). Immo mea quidem sententia illa verba modo sic acuemus: *rĕ́pŭdĭ̀ēntū́r* aut *dī̀spŏ́sĭtĭ̀ōnī́s*, modo sic: *rĕpŭ̀dĭḗntŭ̆r* aut *dī́spŏsĭ̀tĭṓnĭ̆s* his quidem legibus observatis:

A) Si tres breves trochaeum (sive spondeum) quendam antecedunt, sed ita, ut illae tres breves cum trochaeo (sive spondeo) unum verbum efficiant, semper brevis media acuitur: *rĕpŭ̀dĭḗntŭr*, *dī́spŏsĭ̀tĭṓnĭ̆s*. Cuius rei omnia exempla, quae in omnibus XII libris inveni, enumerabo[2]):

Atque primum quidem enumeremus ea exempla, in quibus verba huius formae — ◡ ◡ ◡ — ⏓ · · · inveniuntur: *ambiguitatis*: II 15,3; VI 3,96; XII 2,15 — *artificialis*: I 8,14; V 5,2; VI 4,4 — *compositionis*: I 8,13; VIII 6,2; IX 2,70; 4,3; 4,4; 4,6; 4,77; 4,114; X 1,79; 2,13; XII 10,23 — *difficilioris*: I 1,10; IX 4,20; XII 11,10 — *dispositionis*: III 3,2; 3,8 (bis); 9,2; VI 5,1; VII 10,5; VIII pr. 14 — *dissimilitudo*: V 2,3 — *expositionis*: IV 1,78; 2,12; V 13,28; VII 10,11; XII 8,8 — *iuridicialis*: III 6,32; 6,53; 6,62 — *perspicuitatem*: VIII 3,15 — *propositiones*: IV 4,7; 5,3; V 13,28. Sequantur ea exempla, in quibus verba huius formae ◡ ◡ ◡ — ⏓ · · · inveniuntur: *adhibuerunt*: II 15,19; XI 1,3 — *benivolentia*: III 8,7; VI 2,9 — *celeritate*: IX 4,88; 4,92; X 7,24; XI 3,107; 3,111 — *cupiditate*: V 7,30; 8,2; 13,46; IX 1,18; XII 1,6 — *faciliores*: IX 2,77

---

[1]) Cf. Ausserer ‚de clausulis Minucianis (commentationes Aenipontanae)' 1906, p. 12 et 61.

[2]) Spatii angustiis cogor clausulas numeris solis significare.

— *facilitatem*: IX 4,145 — *familiare*: I pr. 1; 2,15; II 7,3; V 7,7; 10,96; 13,30; VIII 2,13; X 1,91; 3,12 — *meminerīmus*: XI 2,25 — *misereatur*: VII 4,30 — *misericordia*: I 10,25; XII 10,70 — *nitidiora*: VIII 3,61 — *operienda*: II 13,12 — *positionis*: I 6,15; 6,25; IX 4,55 — *recipientur*: XII 10,56 — *reficiuntur*: X 5,15 — *religione*: IV 3,15; VIII 3,55; X 1,88 — *removeantur*: V 10,57 — *reperientur*: V 10,103; VI 3,42; IX 4,52; XII 2,29 — *repudiavit*: VII 8,2; VIII 5,31 — *retinuisse*: I 5,60; IX 2,80 — *similitudo*: V 11,24; 14,30; VIII 6,68; IX 1,11 — *societate*: IX 1,3 — *superioribus*: I 2,29; IV 1,19; V 2,3; VIII 3,25; IX 4,28; XI 3,119 — *tenuerīmus*: IX 1,26 — *varietate*: IX 1,21; 2,66; 4,55; X 2,13; 7,3; XI 2,18; 3,44; 3,51 — *vituperatio*: III 4,5; 4,12; 4,14; 7,1; 7,19; 7,22 — *voluerīmus*: VII 1,26.

Quicumque illa exempla perspexerit, concedet fieri non posse, quin omnia verba talia, qualia sunt *rĕcĭpĭēntŭr* aut *cōmpŏsĭtĭōnĭs*, sive inveniuntur in clausularum parte incipiente, sive in parte finiente, utantur hoc accentu: *rĕcìpĭēntŭr*, *cōmpŏsìtĭṓnĭs*, dummodo syllabam illam longam et acutam, quam antecedunt tres breves, sequatur syllaba non acuta. Sed si consideraverimus paulo accuratius

a) et verba a scriptore in parte incipiente adhibita et partem incipientem ipsam, videbimus

α) ea verba, de quorum accentu agitur, ceteris verbis ita circumdata esse, ut cum his illa numquam nisi sic acuta: *rĕcìpĭḗntŭr*, *cṓmpŏsìtĭōnĭs* incipientem partem, quae constat pluribus pedibus, efficere possint. Quod consulto factum esse, non solum ex collocatione verborum cognosci potest, sed etiam ex syllabarum quantitate in eis verbis, quae antecedunt:

1) ex collocatione verborum. Quod quidem ut melius eluceat, post Quintiliani scripturam addam eam verborum collocationem uncis inclusam, quam nos exspectamus: I, 8,13 *in oratṓrĭà cṓmpŏsìtĭṓnĕ dèsīdĕrēntŭr* (si vox *oratoria* illam *compositione* sequitur, non praecedit, clausula fit multo deterior: *in compositione oratṓrĭā́ dēsī́dĕrḗntŭr*); I, 8,14 *sed ut commoneat ắrtĭfìcĭā́lĭ(um) ĕ̀t mĕ́mòrĭ(am) ắgĭtĕ̀t (sed ut artificialium*

commŏnĕăt ĕt mĕmŏrĭ(am) ăgĭtĕt); V 11,24 *ut si animum dicas ēxcŏlēndŭm sĭmĭlĭtūdĭn(e) ūtārīs tĕrrǣ* (*similitudine tĕrrǣ ūtārīs* aut *similitūdĭnĕ* | *tērr(ae) ūtārīs*); X 1,9 *suas artīs ăpĕrīrĕt fămĭlĭārĕ nūmĕn Mĭnĕrvǣ* (*suas artis familiare numen Minĕrvǣ ăpĕrīrĕt* aut *Minĕrv(ae) ăpĕrīrĕt*); X 2,13 *aut ălĭquōs cŏmpŏsĭtĭōnĭs cĕrtōs pĕdēs* (*aut compositionis ălĭquōs cĕrtōs pĕdēs*); X 7,24 *stilus quoque intermissiōnĕ paul(um) ădmŏdŭm dē cĕlĕrĭtātĕ dēpĕrdĭt* (scriptor potuit dicere: *stilus quoque de celeritate paulum admodum intermissiōnĕ dēpĕrdĭt*, aut: *ădmŏdŭm dēpĕrdĭt intĕrmĭssĭōnĕ*); XI 3,111 *gestus cum ipsa ōrātĭōnĭs cĕlĕrĭtātĕ crēbrēscŭnt* (*cum ipsa celeritate ōrātĭōnĭs crēbrēscŭnt*).

2) ex syllabarum quantitate in eis verbis, quibus *cŏmpŏsĭtĭōnĕ*, *cĕlĕrĭtātĕ* in parte incipiente et excipiuntur et antecedunt. Quisquis clausulas supra allatas perscrutatus erit, videbit a scriptore ante haec verba: *cĕlĕrĭtātĕ*, *vărĭĕtātĕ*, talia, aut ditrochaeum, cuius ultima est longa, collocatum esse (12ies), aut creticum, quem monosyllabum sive natura sive positione longum sequitur (7ies); ante talia verba autem, qualia sunt: *cŏmpŏsĭtĭōnĕ*, *pĕrspĭcŭĭtātĕ*, plerumque creticum inveniri (16ies). Sed et haec verba (*cŏmpŏsĭtĭōnĕ*, *pĕrspĭcŭĭtātĕ*, talia) et illa (*cĕlĕrĭtātĕ*, *vărĭĕtātĕ*, talia) saepissime voces sequuntur, in quibus syllabarum quantitas est sic comparata, ut trochaeus (sive spondeus), qui illas tres breves sequitur, cum prima proximi verbi syllaba, quam plerumque longam esse vidimus[1]), efficiat creticum (sive molossum). Illas tres breves igitur ab hac parte creticus (sive molossus) sequitur, ab illa parte et syllaba longa et creticus praecedit. Quae cum ita sint, dubitari non potest, quin scriptor illas tres breves cum antecedenti syllaba longa coniungi voluerit, ut creticus formaretur. Sed cum accentus cretici sit hic: X 7,24 *ădmŏdŭm* | *dē cĕlĕrĭ* | *tātĕ dēpĕrdĭt* — I 8,13 *ōrātōrĭă* | *cŏmpŏsĭtĭ* | *ōnĕ dēsīdĕrēntŭr*, concedendum est verum esse id, quod supra dixi: si tres breves trochaeum (sive spondeum) quendam antecedunt, sed ita, ut illae tres breves cum trochaeo

---

1) Interdum fit, ut pro illa longa duae breves sint positae

(sive spondeo) unum verbum efficiant, semper brevem mediam acui.

β) Accentum omnium verborum, quibus illa: *celeritate*, *varietate*, *compositionis*, *perspicuitatis*, talia circumdata sunt in parte incipiente, salvum esse, non erit supervacuum addere.

b) Sed nunc erit tempus nonnulla verba facere de talibus vocibus, quales sunt: *vărĭĕtātĕm*, *iūrĭdĭcĭālĭs*, in parte finiente inventis:

α) Cum in illis quoque verbis, quae in finiente parte clausularum supra allatarum inveniuntur, tres breves semper syllabam longam et acutam, quam syllaba non acuta sequitur, praecedant, fieri non potest, quin accentus verborum sit hic: *vărìĕtá̄tĕm*, *iū́rĭdìcĭá̄lĭs*.

β) Quo accentu usae, hae voces in parte finiente meliores clausulas efficiunt quam sic acutae: *vắrĭĕtātĕm*, *iūrĭ́dĭcĭālĭs*. Nam *ét vărìĕtá̄tĕm*, *iū́rĭdìcĭá̄lĭs* facit clausularum formam I. Quintiliano gratissimam, *ī́ntĕrĭm vắrĭĕtātĕm*, *ā́tquĕ iùrĭ́dĭcĭālĭs* autem formam III.; *ét vărìĕtá̄tĭbŭs*, *iū́rĭdìcĭá̄lĭbŭs* efficit clausularum formam secundam; quae certe optime claudit, *ī́ntĕrĭm vắrĭĕtātĭbŭs*, *ā́tquĕ iùrĭ́dĭcĭālĭbŭs* autem formam IV.; verbis sic acutis: *ét vărìĕtá̄tĕ gáudĕt*, *iū́rĭdìcĭá̄lĭs éssĕt* formatur clausularum forma III., verbis autem sic acutis: *ī́ntĕrìm vắrĭĕtātĕ gáudĕt*, *ā́tquĕ iùrĭ́dĭcĭālĭs éssĕt* forma V.; hae voces, si hoc accentu utuntur: *ét vărìĕtá̄tĭbŭs pèrít*, *iū́rĭdìcĭá̄lĭbŭs sŭbést* clausularum formam IV. efficiunt, multo meliorem forma VI., quae formatur, si illa verba sic acuuntur: *ī́ntĕrìm vắrĭĕtātĭbŭs pĕrít*, *ā́tquĕ iùrĭ́dĭcĭālĭbŭs sŭbést*.

γ) Si clausulas supra allatas perscrutatus eris, intelleges creticos choriambosque[1]) formam I. aut II. aut III. aut IV. illis verbis effectam antecedentes impedire, quominus et aliae clausulae formentur et accentus verborum, de quibus agitur, mutetur.

δ) Si in illis clausulis, quas supra enumeravi, omnia verba huius generis: *vărĭĕtātĕ*, *iūrĭdĭcĭālĭs* sic acuerentur: *vắrĭĕtātĕ*, *iūrĭ́dĭcĭālĭs*, cum forma clausularum deterior efficeretur

---

[1]) interdum molossis mixtos.

et pars incipiens pluribus ex pedibus composita deleretur, tum accentus verborum, quae antecedunt, violaretur; atque exempli causa has quidem clausulas compares cum illis, quas uncis inclusas adscribam: VI 5,1 *prṓtĭnŭs àd dĭspŏsĭtĭṓnĕm* (*protínŭs ād dìspósĭtĭōnĕm*) — VII 4,30 *tamquā́m vălètū́dĭnĕ làpsī mĭsĕrĕā́tŭr* (*valetudínĕ lāpsì mísĕrĕātŭr*) — VIII 3,25 *témpŏrĕ nòstrō sŭpèrĭṓrĕs* (*tempórĕ nōstrò sū́pĕrĭōrĕs*) — IX 1,18 *nimiā́ prŏfèctṓ nŏvĭtàtīs cŭpĭdĭtā́tĕ dū́ctŭs* (*profecto nṓvĭtātìs cū́pĭdĭtā́tĕ dū́ctŭs*).

ε) Aliud quoque habeo, cur clausulae talibus verbis, qualia sunt *vărĭĕtātĕ*, *iūrĭdĭcĭālĭs*, sic acutis *vărĭĕtā́tĕ*, *iū́rĭdĭcĭā́lĭs* effectae esse videantur. Haud enim raro fit, ut clausulae, quae illis verbis terminantur, respondeant aut clausulis eiusdem sententiae aut clausulis, in quas sententiae eiusdem paragraphi exeunt[1]):

III 6,32 *huic diversa sententia eorum fuit, qui duos quidḗm stătŭs ḗssĕ vŏlŭḗrŭnt,*

sed unum infitialem ā́ltĕrùm iū́rĭdĭcĭā́lĕm.

IX 1,18 *Cornelius tamen Celsus adicit verbis et sententiīs fĭgùrā́s cŏlṓrŭm,*

nimiā́ prŏfèctṓ nŏvĭtàtīs cŭpĭdĭtā́tĕ dū́ctŭs.

nam quis ignorasse eruditum alioqui virum credā́t cŏlòrḗs ĕt sèntḗntĭā́s sḗnsūs ḗssĕ.

Huc pertinent hi quoque loci: III 6,62; V 10,53; VI 3,42; VII 4,30; IX 1,26; 2,77; 4,3; 4,77; 4,145; X 1,88; 5,15; XI 3,44; XII 2,29; 10,56.

Quae cum ita sint, non iam dubitari potest, quin omnia verba talia, qualia sunt *vărĭĕtātĕm*, *iūrĭdĭcĭālĭs*, sive inveniuntur in parte incipiente, sive in parte finiente, utantur hoc accentu: *vărĭĕtā́tĕm*, *iū́rĭdĭcĭā́lĭs*, dummodo syllabam illam longam et acutam, quam antecedunt tres breves, sequatur syllaba non acuta[2]).

---

[1]) Cf. Zielinskium in Philol. XIX (1906), p. 604 sqq.

[2]) Atque eandem certe legem sequuntur verba, quae ante trochaeum cludentem habent quattuor breves syllabas; conferas enim hoc exemplum: VIII 3,14 *ín māncĭpĭī rĕdhĭbĭtĭṓnĕ sū́dā́rĕ.*

B) Si tres breves duas syllabas longas et acutas — quarum posterior aut natura aut positione longa est — praecedunt, sed ita, ut illae tres breves cum duabus longis unum verbum efficiant, semper brevis prima accentum habet: *vắrĭĕtàtēs*, *iūrídĭcĭàlēs*[1]).

Primum igitur proferam eas clausulas, in quibus verba huius formae: — ⏑ ⏑ ⏑ — — · · · inveniuntur, velut: IV 2,64 *sŭbĭcī pèrspícŭĭtàtī pŏtȅst* — V 1,1 *artífícĭàlḗs vòcàvĕrŭnt* — IX 4,121 *gếnĕrĕ còmpŏsĭtĭònīs sĭt ŭtēndŭm.* Alia exempla invenies his locis: *compositionis*: IX 4,44; 4,55; 4,129; X 1,52 — *dispositioni*: III 3,10 — *expositionem*: IV 2,2 — *sollicitiores*: VII 1,43.

Nunc sequantur eae clausulae, in quibus verba huius formae: ⏑ ⏑ ⏑ — — · · · inveniuntur, velut: II 20,1 *phílŏsŏphòrūm plăcèt vírtŭs* — IX 4,91 *cĕlĕrĭtàtĭs brĕvȅs* — IX 4,143 *sắtĭĕtàtēm crĕàt* — XII 10,9 *rếlĭgĭònī vĭdētŭr.* Alia exempla invenies his locis: *aperiendas*: IX 2,93; XI 3,167 — *celeritatem*: X 3,9 — *etymologiae*: I 6,30 — *facilitatem*: XII 3,12 — *gracilitatem*: I 9,2 — *inimitabilia*: II 16,16 — *philosophorum*: I pr. 11 — *positionum*: II 10,15 — *religionem*: II 4,34 — *reperiebatur*: XII pr. 3 — *repudiatus*: XII 1,16.

Quibus expositis mihi commemorandum est alia quoque re fieri posse, ut talia verba, qualia sunt *vĭtŭpĕrārĕ*, *prōpŏsĭtĭōnĕm*, hoc accentu dicantur: *vĭtŭpĕràre*, *prōpósĭtĭònem*: si ultima horum verborum syllaba elisa vel synaloepha cum prima vocali insequentis verbi coniuncta est. Quod ex his quidem exemplis cognoscas[2]): I 5,51 *praepósĭtĭòn(um) ăccĭdēnt* — II 4,20 *vĭtŭpĕràr(e) ímprŏbòs* — VIII 3,12 *compósĭtĭòn(e) ēlăbòrātŭm* — XI 3,120 *íntĕrìm rĕcĭpĭēndŭm (e)st.* Alia exempla invenies his locis: *compositione*: II 7,4; XII 10,60 — *expositionem*: IV 2,47; XI 3,91 — *resiliendum*: XII

---

[1]) Interdum fit, ut altera longa in duas breves solvatur: *etymològĭăē*, *inimitàbílĭa.*

[2]) W o l f f i u s (p. 669) unum attulit exemplum: de nat. deor. I 119 *rếlĭgĭȍn(um) ómnĭŭm.*

10,56 — *vituperandi*: XII 2,16. Quae sunt omnia exempla in XII libris reperta. Sed his explanatis liceat mihi nonnulla verba facere de accentu talium verborum, qualia sunt *rĕlĭgĭŏ*, *dīspŏsĭtĭŏ*. Atque primum quidem dicam in

§ 7.

De verborum proceleusmaticorum accentu.

Verba, velut *fămĭlĭă*, *mŭlĭĕrĕm*, apud Plautum et Terentium saepius hoc accentu uti: *fắmĭlĭă*, *mắlĭĕrĕm*, quam illo: *fămílĭă*, *mŭlíĕrĕm*, qui Phaedri temporibus est usitatus, iam diu est demonstratum[1]). Neque tamen supervacaneum erit ostendere apud Quintilianum verba proceleusmatica in antepaenultima accentum habere, praesertim cum Zielinskius[2]) contenderit eorum verborum primam brevem apud Ciceronem acui (qua de re dubito: cf. p. 59); quod his quidem exemplis ex omnibus XII libris allatis demonstretur:

benivolos: III 7,24 *íd bĕnĭvŏlŏs făcĭt* — ***celerius***: IV 2,41 *hórūm dīcī cĕlèrĭŭs pŏtèst*; cf. X 1,48 (*celeriter*) — ***cupiditas***: VII 2,35 *metūs cŭpìdĭtās spĕs* — ***facilitas***: X 7,28 *verborūm făcìlĭtās ĭn àltūm rĕdùcētŭr* — ***facilius***: I 1,22 *etiām făcìlĭūs mĭnòrēs pĕrcĭpĭŭnt*; cf. II 3,1; III 6,83; IV 1,67; 5,21; XII 1,11 — ***generibus***: V 2,1 *ín gĕnĕrĭbūs vērsātŭr*; cf. IX 3,2; 3,36 — ***habuerit***: XI 1,82 *nón hăbùĕrĭt pătrĕm quī mŏnērĕt* — ***hominibus***: VI 3,57 *nón ăb hŏmìnĭbūs mŏdò pĕtĭtŭr*; cf. IV 1,42 — ***initium***: IX 4,106 *húnc ĭnìtĭīs dĕdĕrŭnt*; cf. X 2,8 — ***memoria***: XI 2,8 *quám mĕmòrĭǽ fĭdès dēfĭcĭt*; cf. I 1,25; II 11,2; VI 1,22; X 1,41; XI 2,19; 2,41; 2,42 — ***operibus***: II 20,8 *ipsís ŏpèrĭbūs vŏlò* — ***philosophos***: I pr. 10 *ád phĭlòsŏphōs rĕlĕgāndŭm*; cf. I pr. 15; III 5,14; VI 1,7; X 1,75; XI 1,35; XII 2,6 — ***posuimus***: IX 2,76 *quód sĕcùndūm pŏsùĭmūs gĕnùs* — ***potuerant***: V 10,101 *suó pŏtùĕrānt hăbērĕ*; cf. VII 2,43 (*potuerit*); XII 11,10 (*potuerint*) — ***recipiunt***:

---

[1]) P. Langen, De grammaticorum latinorum praeceptis, quae ad accentum spectant, Bonnae 1857, p. 17; Lindsay, p. 182; Skutsch in Krollii libro „Altertums-Wissenschaft“, p. 328.

[2]) Philol. suppl. IX. p. 822 sq.

V 6,1 *offerŭnt sŭ(um) ăut nōn rĕcĭpĭŭnt ōblātŭm*; cf. IV 2,100; VI 1,51; VII 1,14; 4,25 — *regereret*: XI 1,22 *eŭm rĕgĕrĕrĕt quĭ hōc sē cōĕgĭssĕt* — *repositi*: II 4,29 *ĕt rĕpŏsĭtī cĭbī*; cf. II 7,4 — *resiliunt*: XI 3,127 *ĕt rĕsĭlĭŭnt quŏd ĕst plānē rĭdĭcŭlŭm* — *similiter*: I 12,10 *nōn sĭmĭlĭtĕr fătīgāntŭr*; cf. V 14,27 (*similior*) — *varietas*: V 10,125 *hǣc vărĭĕtās ārgūmēntōr(um) ĕt cōpĭă*; cf. V 4,2 — *veteribus*: IV 1,58 *ĕx prǣcēptīs vĕtĕrĭbŭs mănĕt*; cf. I 5,21; 11,18; X 5,20.

Quibus clausulis perspectis cognosces fieri non posse, ut prima verborum proceleusmaticorum syllaba acuatur, nam

1) si illa verba accentum non in antepaenultima haberent, sed in prima syllaba, sine dubio clausulae fierent deteriores; atque compares has quidem clausulas:

I 1,25 *antecedentēm mĕmŏrĭām sĕcŭntŭr* (f. III).
IV 2,41 *hōrūm dīcī cĕlĕrĭŭs pŏtĕst* (f. II).
VIII 5,1 *cottidiānō quăsdām rĕlĭquĭās hăbĕt* (f. II).
cum illis:
I 1,25 *āntĕcēdēntēm mĕmŏrĭām sĕcŭntŭr* (f. VII).
IV 2,41 *sumŭs nĭhĭl hōrūm dīcī cĕlĕrĭŭs pŏtĕst* (f. VIII).
VIII 5,1 *ūsū cōttīdĭānō quăsdām rĕlĭquĭās hăbĕt* (f. X).

2) saepe cretici antecedentes impediunt, quominus illa verba aliter acuantur atque in antepaenultima, velut: VI 1,7 *Āttĭcōr(um) ĕt phĭlŏsŏphīs fĕr(e) ōmnĭbŭs* — IX 2,76 *quŏd sĕcūndŭm pŏsŭĭmŭs gĕnŭs* — X 1,75 *ēxcĭdĭt m(ih)ĭ sĕd ĭntĕr phĭlŏsŏphōs rēddēndŭs ĕst.*

3) ex clausularum responsione conici potest antepaenultimam verborum proceleusmaticorum acuendam esse:

IV *nihil hōrūm dīcī cĕlĕrĭŭs pŏtĕst,*
sed sŭffĭcĭt dīcĕrĕ.

V 10,101 *unde plurimi cum in hos inexplicabilēs lăquĕōs īncĭdĕrŭnt, omnem, etiam quem ex ingenio suō pŏtŭĕrānt hăbērĕ, conatum velut adstricti certis legum vīncŭlīs pērdĭdĕrŭnt et magistrum respicientes naturam ducēm sĕquī dēsĭĕrŭnt.*

IX 2,76 *cum autem obstat nobis personae reverentia quŏd sĕcūndŭm pŏsŭĭmŭs gĕnŭs,*
tanto cautius dicendum est, quanto validius bonos inhibĕt pŭdŏr quăm mĕtŭs.

Praeterea mihi liceat duo exempla responsionis clausularum, in quibus verba proceleusmatica, quorum antepaenultima est acuta, inveniuntur, ex Cicerone afferre:

pr. Quinct. 10 *cum adhuc ei . . . nón măgìstrātŭs ǽquūs rĕpĕrìrí pŏtúĕrìt,*

cùm ei . . . ómnĭ(a) ìnĭmíc(a) ātqu(e) ìnféstă fúĕrìnt.

in Verr. IV 77 *quorum nonnulli etiam illum diḗm mĕmòrĭă tĕnḗbānt,*

cum illa eadem Diana . . . victoriam populi Romani reditū sŭò nūntĭássĕt.

Quae cum ita sint, dubitari non potest, quin illa verba proceleusmatica accentum habeant in antepaenultima[1]).

§ 8.

De verborum hujus formae: — ⏑ ⏑ ⏑ ⏓ accentu.

Cur talia verba, qualia sunt: *crēdĭbĭlĭtĕr, dīspŏsĭtĭŏ*, sic acuenda esse putem: *crḗdĭbílĭtĕr, díspŏsítĭŏ*, non sic: *crèdíbĭlĭtĕr, dìspŏsĭtĭŏ* (cf. Zielinskium in Philol. suppl. IX, p. 823 sq.), apparet ex his exemplis, quae ex omnibus XII libris congessi:

ambiguitas: VI 3,87 *frequentissimám dăt òccāsĭòn(em) ámbĭgúĭtās*; cf. V 10,106 — *compositio*: X 3,9 *cómpŏsìtĭó sĕquētŭr*; cf. XI 2,36 — *credibiliter*: III 11,1 *crḗdĭbìlĭtḗr pŏtèst* — *difficilior*: V 6,5 *dĭffĭcìlĭŏr rĕcūsātĭò (e)st*; cf. IV 2,38 — *dispositio*: X 3,5 *díspŏsìtĭó prŏbātĭs* — *dissimilibus*: IX 3,76 *quŏd sĭt ē mēmbrīs nòn díssĭmílĭbŭs* — *expositio*: IV 2,31 *ūtĭlĭs àd pērsuādènd(um) éxpŏsítĭŏ*; cf. IV 3,8 — *exposuimus*: IV 3,1 *prŏptĕr hòc ēxpŏsúĭmŭs*; cf. VII 2,35 — *obtinuerint*: X 1,100 *ín ălĭò génĕrĕ lìngu(ae)*

[1]) Interdum fit, ut prima syllaba verborum proceleusmaticorum acuta esse videatur, velut I 1,21 *ínĭtĭūm dūcĭt*; I 10,3 *látĕrĭbùs pŏssínt*; sed si verba, quae antecedunt, consideraverimus, cognoscemus hic quoque antepaenultimam acui posse: I 1,21 *educātĭ(o) à láctĕ cūnīsqu(e) ìnítĭūm dūcĭt* (f. V.); I 10,3 *triángŭl(a) ǽquĭs látĕrĭbŭs pŏssínt* (f. V). Cf. praeterea haec exempla illis similia: I pr. 26; 5,52; 10,9; II 4,1; 4,15; 10,5; 21,15; 21,16; III 3,7; 6,46; 6,51; 6,71.

óbtĭnŭ́ĕrĭ̆nt — perspicuitas: VIII 3,61 *pérspĭcŭĭtás ĕt ìllŭ́d pătḕt* — propositio: VII 1,39 *prṓpŏsìtĭ̆ṓ tămèn cērtă*; cf. IV 2,30; 4,9; V 14,12 — proposueris: V 10,109 *prṓpŏsŭ̀ĕrī́s prŏbắndŭ̆m* — sacrilegium: IV 2,8 *cognoscētĭ̆s àn sắcrĭ̆lḕgĭ̆ŭ́m sĭ̆t àdmī́ssŭ̆m*; cf. IV 4,3; V 10,87; 13,3; VII 3,22; 3,22.

Quae cum ita sint, credo talia verba, qualia sunt *crēdĭ̆bĭ̆lĭ̆tĕ̆r*, *dīspŏ̆sĭ̆tĭ̆ŏ̆*, etiam in clausulis minus certis sic acui posse: *crḗdĭ̆bĭ̀lĭ̆tĕ̆r*, *dī́spŏ̆sĭ́tĭ̆ŏ̆*, velut in his clausulis, quas in primis III libris inveni: II 8,2 *probắbānt ì̆mĭ̆tắtĭ̆ṓnēm cṓmpŏ̆sŭ̆́ĕrĭ̆nt* (non: *imitatiṓnēm cṑmpŏ́sŭĕrĭ̀nt*) — III 2,2 *defendendī́ sŭ̆ì grắtĭ̆(a) ī́nstĭ̆tŭ̆́ĕrĭ̆nt* (non: *grắtĭ̆(a) ìnstī́tŭĕrĭ̀nt*) — III 8,17 *sī́ Rōmằn(i) ắrmă dḗpŏsŭ̆́ĕrĭ̆nt* (non: *ắrmă dèpŏ́sŭĕrĭ̀nt*).

§ 9.

De verborum huius formae: ◡ ◡ ◡ ◡ ⏓ accentu.

Talia verba, qualia sunt *bĕnĕfĭcĭŭm*, *rĕpŏsŭĭmŭs*, proferenda esse hoc accentu: *bènĕfĭ́cĭŭm*, *rèpŏsŭ́ĭmŭs* aut *bĕnĕ́fĭ̀cĭŭ́m*, *rĕpŏ́sŭ̀ĭmŭ́s*, non illo Zielinskiano: *bĕnĕ́fĭcĭŭm*, *rĕpŏ́sŭĭmŭs* (cf. Philol. suppl. IX, p. 823) ex his exemplis cognosces:

analogia: I 5,13 *multī́qu(e) ĕ́t hùnc ĕ́t ănălṑgĭắn sĕcū́tī*; cf. I 6,11; 7,34 — beneficium: VII 4,41 *quántă sĭ̆t cū́lpă quàntŭ́mvĕ bènĕfĭ́cĭŭm*; cf. IX 2,83 — parietibus: X 5,18 *ắc părĭ̀ĕtĭ̆bŭ́s vĭ̆dèrētŭ̆r* — philosophia: XII 2,5 *ắ phĭ̆lŏ́sṑphĭ̆á pĕténdă*; cf. II 21,12; III 1,18; X 1,123 — reposuimus: XI 2,9 *ĭ́llă quắ scrī́ptīs rèpŏsŭ́ĭmŭs*.

Cap. II.

De pronuntiatione et de mensura syllabarum.

§ 10.

De syllabis brevibus ante *sc*, *sp*, *st* litteras.

Non erit supervacuum quaerere, quemadmodum breves syllabae finales ante *sc*, *sp*, *st* litteras initiales se habeant,

utrum longae exsistant an breves maneant[1]). Atque cum finales quoque syllabae et acutae esse possint et non acutae, primum quidem de acutis syllabis finalibus ante *sc*, *sp*, *st* dicam, deinde de iis, quae accentu carent.

A) Atque acutae quidem syllabae longae sunt: I 4,16 *Pulīxĕnā scrībĕrēntŭr* — II 4,17 *probābĭlĕ scrīpsĕrit* — III 6,7 *nón hăbĕt ūtīquĕ stătūm* — IV 2,79 *ét bĕnĕ spērĕnt* — IX 4,4 *cómmŏvērĕ sciĕrŭnt* — X 3,17 *témpŏrĕ scríbŭnt* — XII 10,51 *ác bĕnĕ scrībĕrĕ*. Cf. praeterea hos locos: I 5,6; 8,1; II 1,3; 6,6; 17,37; III 1,3; 6,17; 6,46; 6,72.

Quibus in clausulis nisi illae syllabae producerentur,

a) non solum clausulae pessime clauderent: II 4,17 *probābĭlĕ scrīpsĕrit* — IV 2,79 *ét bĕnĕ spērĕnt* — IX 4,4 *commovērĕ sciĕrŭnt* — X 3,17 *témpŏrĕ scríbŭnt* — XII 10,51 *ác bĕnĕ scrībĕrĕ*,

b) sed etiam pars incipiens pluribus ex pedibus composita deleretur, velut his locis: III 1,3; 6,17; 6,72.

B) Quae cum ita sint, quaeres certe, num breves syllabae finales, quae accentu carent, ante *sc*, *sp*, *st* litteras initiales longae fiant. Sed priusquam diiudicemus, exempla proferamus, quae

a) illa syllaba finali non producta sic cludunt: I 6,1 *observatiō sŭă scrībēntĭbŭs* — I 6,7 *pendērĕ spōndērĕ* — II 13,9 *ín vūltū míllĕ spéciēs* — III 6,100 *potést vŏlūntātĕ stándŭm (e)st.*

b) illa syllaba finali producta sic cludunt: I 6,1 *loquēntĭbŭs óbsērvātĭō sŭā scrībēntĭbŭs* — I 6,7 *prandērĕ pēndērē spōndērĕ* — II 13,9 *ín vūltū míllē spéciēs* — III 6,100 *potést vŏlūntātē stándŭm (e)st.*

Quibus clausulis perspectis intelleges clausulas a) et optime claudere et multo melius clausulis b). Itaque nego breves syllabas finales in thesi ante *sc*, *sp*, *st* litteras fieri longas.

---

[1]) Cf. Zielinskium in Philol. suppl. IX. p. 772 sq.; Lindsay, p. 151.

§ 11.

De syncopa atque de contractione in mediis verbis.

Priusquam rem aggrediar, non erit alienum proponere ea, quae Quintilianus ipse de hac re dixit: IX 4,59 *etiam ubi aliud ratio, aliud consuetudo poscet, utrum volet sumat compositio, vitavisse vel vitasse, deprehendere vel deprendere. Coitus etiam syllabarum non negabo et quidquid sententiis aut elocutioni non nocebit. Praecipuum tamen in hoc opus est scire quod quoque loco verborum maxime quadret.* — Sed nunc rem ipsam aggrediamur.

A) Quintilianus in fine sententiarum formas verborum contractas usurpat, velut: *segregarit, venere, elaborasset*, talia, nihil aliud spectans nisi ut clausulas quam optimas efficiat[1]); en exempla:

-ērĕ pro *-ērūnt*: I 8,12 *proposuērĕ cònfírmĕnt* — I 10,15 *fuērĕ sèntēntĭằ* — II 11,6 *venērĕ ìăcŭlántŭr.*

-ārĭ(n)t pro *-āvĕrĭ(n)t*: I 2,20 *naturālĭs èst sēgrĕgárĭt* — III 8,1 *éssĕt èxīstĭmārĭnt.*

-āssĕ(t) pro *-āvīssĕ(t)*: II 3,6 *élăbòrássĕt* — III 3,5 *dícĭtùr quīsquām sèd nón vītássĕ.*

nōrĭ(n)t pro *nōvĕrĭ(n)t*: I 1,25 *nórīnt nòn órdĭnè* — II 1,4 *finēs sŭòs nórĭt.*

nōrŭnt pro *nōvērŭnt*: I 9,6 *ét mŏdùm nórŭnt.*

Quibus in clausulis si plenas verborum formas adhiberes, efficeres multo deteriores.

B) Prout clausulae postulabant, Quintilianus *h* litteram vocalibus aequalibus circumclusam (*-ehe-*, *-ihi-*) modo elisit, modo servavit[2]).

a) His locis illa *h* littera est elisa:

-(eh)e-: I 7,22 *emendāvīt dèpr(eh)ēndĭtŭr* — I 10,39 *rationĕ dèpr(eh)ēndĭt* — I 12,8 *éxpèrīmēntīs dèpr(eh)ēndăs.*

-(ih)i-: I 4,20 *quǽ m(ih)ī nòn ádprŏbántŭr* — II 20,7 *ēst n(ih)īl dùbĭtābĭtùr* — III 3,11 *accipimús n(ih)ĭl àrtí rĕlĭnquémŭs.*

---

[1]) Cf. Lindsay, p. 582 sqq., 609 sqq.; Wolff, p. 665; Zielinski in Philol. suppl. IX. p. 790, 799, 803.

[2]) Cf. Lindsay, p. 63; Wolff, p. 663 sqq.; Zielinski, p. 764 sqq.

b) His autem locis illa *h* littera servata est:

-ĕhe-: I 1,30 *dĕprĕhèndántŭr* — I 5,18 *cármēn nòn dēprĕhēndās* — I 10,14 *quántō (e)st vèhĕméntĭŏr* — III 6,28 *cómprĕhèndúntŭr.*

-ĭhi-: I 1,3 *studió nĭhìl cónsĕcūtŭs* — II 11,1 *óbstātùrōs mĭhĭ* — III 5,12 *quiă nĭhìl prōsìt* — III 6,21 *cum hóc mĭhì nón ĕrìt púgnă.*

C) Ex clausulis cognosci potest Quintilianum talia verba, qualia sunt: *oraculum, periculum,* modo sic enuntiasse: *ōrăcŭlŭm, pĕrīcŭlŭm,* modo sic: *ōrāclŭm, pĕrīclŭm* [1]).

a) Atque primum quidem nonnulla exempla proferam, in quibus illa verba inveniuntur non contracta, velut: I 5,71 *perícŭlò fíngĭmŭs* — II 4,30 *vínculò cópŭlātŭs* — II 15,9 *perícŭlò líbĕrātăm.*

b) Nunc autem afferam exempla, quae doceant Quintilianum etiam contractionem in illis verbis admisisse: *circ(u)lus*: II 12,10 *pullātūm cìrc(u)lúm făcìt* — *orac(u)lum*: XII 11,5 *éx ōrāc(u)ló pĕtènt* — *peric(u)lum*: II 11,3 *á pĕrìc(u)ló pĕtātŭr*; X 1,36 *ĕt pĕrìc(u)lōrŭm.* Eodem modo se habet *peric(u)losus*: V 13,21 *omnibŭs pĕrìc(u)lósŭm.*

§ 12.

De *i* vocali geminata.

I gemina non solum in genetivo singularis verborum invenitur, quae in *-ius* atque *-ium* exeunt, et in dativo plurali eorum, sed etiam in nominativo et dativo pluralis pronominum quorundam. Quamquam non iam ignotum esse puto illam *i* geminam, sive genetivi et nominativi illis vocalibus terminantur sive dativi, tamquam unam *i* enuntiari posse, tamen non erit alienum nova exempla, quibus ea res firmetur, ex Quintiliano proferre. Atque primum dicamus de genetivis et nominativis, deinde de dativis.

A) Prout ratio poposcit, genetivi et nominativi in *ii* exeuntes et una et duabus *i* a Quintiliano dicebantur.

---

1) Cf. Lindsay, p. 378 sqq.; Wolff, p. 665; Zielinski, p. 768 sq.

a) *I* gemina una atque simplici *i* a Quintiliano dicebatur[1]), qui sine dubio effici voluit his locis

α) hanc formae I. clausulam — ⏑ — | — ⏓, non illam — ⏑ ⏑ — | — ⏓: I pr. 20 *ĭngĕn(i)ī prŏhĭbĕt* — I 12,2 *ĭngĕn(i)ī vălĕăt.*

β) formae II. 1) clausulam — ⏑ — | — ⏑ ⏓, non — ⏑ ⏑ — | — ⏑ ⏓: I 1,1 *ĭngĕn(i)ī pĕrdĕrĕ* — III 1,3 *ĭngĕn(i)ī grātĭă.* 2) clausulam — — — | — ⏑ ⏓, non aliam: II 21,10 *statuār(i)ī dīcētŭr æs.*

γ) creticum 1) ante clausulam — ⏑ — | — ⏓: I pr. 6 *ĭngĕn(i)ī lūmĕn ŏstĕndĭt* — I 5,41 *sĕx vĕl ŭt ăl(i)ī vŏlŭnt ŏctŏ.* 2) ante clausulam — ⏑ — | — — — ⏓: III 11,1 *contĭnēns vĕl ŭt ăl(i)ī vŏcănt fīrmāmĕntŭm.*

Praeterea, si *ii* vocales in unam longam *i* non coniungeres, et hae clausulae: II 4,38 *dē mŏdŏ prǣm(i)ī pænævĕ* — II 10,8 *cŭiŭs ĕst lūdĭbr(i)ī* fierent deteriores et pars incipiens pluribus pedibus constans deleretur in hac clausula: II 2,15 *eligĕndŏ fīl(i)ī prǣcĕptōrĕ nōn vĭtĕt.*

b) *I* gemina duabus *i* a Quintiliano dicebatur; quod facile intelleges, si comparaveris has clausulas cum illis, quas uncis inclusas adscribam: I 10,9 *temporibŭs nōn stŭdĭī mŏdŏ* (non: *antīquīs tĕmpŏrĭbūs nōn stŭd(i)ī mŏdŏ*) — II 21,1 *statuārĭī stătŭă* (non: *ŭt stătŭār(i)ī stătŭă*) — III 8,6 *proœmĭī spĕcĭĕm* (non: *habēr(e) ălĭquăm prŏœm(i)ī spĕcĭĕm*).

B) Atque de dativis in *iis* exeuntibus idem valet, quod de illis genetivis et nominativis[2]).

a) Dativi in *iis* exeuntes a Quintiliano una atque simplici *i* dicebantur; scriptor enim effici voluit his locis

α) hanc formae I. clausulam — ⏑ — | — ⏓, non illam — ⏑ ⏑ — | — ⏓: I 1,1 *prīncĭp(i)īs fĭĕt* — II 10,11 *iūdĭc(i)īs dēbĕt* — III 6,40 *quăm quŏd (i)īs plăcŭĭt* — III 8,36 *cōnsĭl(i)īs pŏssĭnt.*

β) formae II. 1) clausulam — ⏑ — | — ⏑ ⏓, non — ⏑ ⏑ — | — ⏑ ⏓: I 1,9 *eŭm vĭt(i)īs ĭmbŭĭt* — II 20,1 *ĕx*

[1]) Cf. Lindsay, p. 439 sq.; Buecheler, Grundr. d. lat. Dekl.², p. 71; Wolff, p. 662; Zielinski, p. 769 sq.

[2]) Cf. Lindsay, p. 463; Zielinski, p. 774 (gratiis).

mĕd(i)ĭs ártĭbŭs — III 4,16 *áxĭl(i)ĭs ómnĭă*. 2) clausulam — — — | — ⏑ ⏓, non aliam: I pr. 3 *vestíg(i)īs ìnsĭstĕrĕm*.

γ) formae III. 1) clausulam — ⏑ — | — ⏑ — ⏓, non — ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏓: II 4,29 *óffĭc(i)ĭs cóntĕrātŭr* — II 10,14 *mắtĕr(i)ĭs cónsĕquéntŭr*. 2) clausulam — ⏑ — | — ⏑ — ⏓, non aliam: III 8,25 *deliberātĭō dē dŭb(i)īs ĕst*. 3) clausulam — — — | — ⏑ — ⏓, non aliam: I 10,21 *ătqu(e) ā Gràt(i)ĭs ăbĕssĕ*.

δ) creticum 1) ante clausulam — ⏑ — | — ⏓: I 10,12 *sonŭm quŏqu(e) (i)ĭs mōtĭbŭs dĕdĕrĭnt* — II 4,29 *iŭdĭc(i)ĭs plūrĭbŭs dĭcŭnt*. 2) ante clausulam — — — | — ⏖ — ⏓: II 8,13 *átqu(e) ĭn (i)ĭs cērtōs àlĭquōs dŏcēbĭt* — III 4,5 *iŭdĭc(i)ĭs ĭnsūmēbātŭr ŏpĕrǣ*.

Praeterea, nisi *(i)īs* pro *ĭīs* diceres, partem incipientem pluribus ex pedibus compositam deleres in his clausulis: II 4,26 *cūiŭs ĭn cóntrōvèrs(i)īs frĕquèns quǽstĭō (e)st* — II 5,8 *iŭdĭcŭm símĭl(e) (i)īs quǣ dĭcĭt èffĭcĭăt*.

b) Dativi in *iis* exeuntes a Quintiliano etiam duabus *i* dicebantur; quod facile cognosces, si has clausulas comparaveris cum illis, quas uncis inclusas addam: I 1,21 *stŭdĭīs ĭnfántĭă* (non: *ēst sŭ(a) ètĭăm stŭd(i)īs īnfántĭă*) — I 8,8 *tragœ́dĭīs grávĭtās* (non: *verbōrūm quŏr(um) ín trăgœ́d(i)īs grávĭtās*) — I 10,3 *spátĭīs dĭstínxĕrĭt* (non: *quí cĭthărǽ sŏnōs nōmínĭbŭs ĕt spăt(i)īs dīstínxĕrĭt*). Cf. praeterea hos locos: I 6,38; 12,14; II 1,12; 2,15; 11,3; 17,40; 18,5; III 1,13; 4,16; 5,1; 7,25; 8,8; 8,67; 9,1; 11,19.

§ 13.

De positione debili.

Syllabam consonantibus *br*, *cr*, *dr*, *gr*, *pl*, *pr*, *tr* clausam interdum longam esse posse et ex poetarum carminibus novimus et Zielinskius[1]) clausulis Ciceronianis nixus nuper demonstravit. Ego quoque nonnulla exempla afferam, quibus ea res firmetur:

a) *br* consonantes

[1]) Philol. suppl. IX., p. 761 sq.

α) positionem faciunt his locis: I 7,22 *comicŏr(um) ădhŭc lĭbrīs ĭnvĕnĭŏ* — II 17,36 *Oratōrĕ lĭbrō cōntrădīctĭōnĕs* — III 8,42 *futūrŭs ĕst lĭbrŏ.*

β) positionem non faciunt his locis: I pr. 11 *phĭlŏsŏphŏrūm lĭbrĭs cōntĭnēntŭr* — II 10,8 *cūiŭs ĕst lūdĭbr(i)ī* — III 5,15 *ĕt quŏd ĭps(e) hōs lĭbrŏs ĭmprŏbăt.*

b) *cr* consonantes

α) positionem faciunt his locis: I 1,18 *lūcrūm fāstīdĭāmŭs* — II 8,7 *ĕx ĭīs quæ sūnt săcrōrūm cĕrtāmĭnŭm* — III 8,29 *săcrī tĕmplūm vŏcābĭmŭs.*

β) positionem non faciunt his locis: I 12,16 *sordidūm lŭcr(um) ăccĭngĭmŭr* — II 9,2 *coetūs schŏlărūm læt(i) ălăcrēsquĕ cŏnvĕnĭĕnt.*

c) *dr* consonantium exempla desunt.

d) *gr* consonantes

α) positionem faciunt his locis: I 5,35 *ăŭt lătĭn(a) ăŭt pĕrĕgrīnă sŭnt* — I 12,7 *suadēmŭs ăgrĭcŏlīs* — III 6,97 *utimūr pĕrĕgrīnŏ.*

β) positionem non faciunt his locis: I 1,13 *plūrĭmă vĭtĭ(a) ĭn pĕrĕgrĭnūm sŏnŭm cŏrrūpt(i) ĕt sērmōnĭs* — II 4,13 *scrībĕrĕ d(e) ĭntĕgrŏ iŭbĕrĕm* [1]).

e) *pl* consonantes

α) positionem faciunt his locis: I 5,23 *deīndĕ flĕctēntēs dŭplĭcĭtēr pĕccănt* — III 3,8 *dūplĭcĕm rĕr(um) ĕt vĕrbōrŭm* — III 7,10 *dūplēx trăctātŭs ĕst.*

β) positionem non faciunt his locis: II 14,2 *dŭplĭc(em) īntĕllēct(um) hăbĕt* — III 6,79 *quālĭtātĭs dŭplĕx rătĭŏ făcĭēndă sĭt* — III 8,49 *dŭplĭcĭs ĕst ŏpĕrĭs.*

f) *pr* consonantes

α) positionem faciunt his locis: I 10,7 *ĕx quĭbŭs cōnstăt sĕd prōprĭăs vīrēs ĕx ŏmnĭbŭs sūmĭt* — III 5,9 *nondūm tămĕn hŏc prŏprĭĕ dīxĕrĭs cāŭsăm.*

β) positionem non faciunt his locis: I 4,5 *demonstrāvĭmŭs rērūm dĭcăt prŏprĭ(e) ĕt cŏpĭōsĕ* — II 10,15 *ăd schŏlăs prŏprĭĕ pĕrtĭnĕăt* — III 6,88 *ĭntĕr(im) ĕt mīxtă prŏprĭăm tămĕn făcĭ(em) ōstĕndēntĭă.*

---

[1]) aut *scrībĕrĕ d(e) īntĕgrŏ iŭbĕrĕm.*

g) *tr* consonantes

α) positionem faciunt his locis: I 4,2 *ūtrīqu(e) ĕădēm viā (e)st* — III 6,5 *ūtrăqu(e) ìnsīstĭt* — III 8,21 *hūnc quŏquĕ càsūm pĕnètrāndŭm.*

β) positionem non faciunt his locis: I 1,6 *pătrĭbūs tàntūm lŏquòr* — II 13,10 *quædām mìxt(a) éx ŭtrōquĕ* — III 6,103 *liberís pătrèm dĕcēssīssĕ.*

§ 14.

De *m* littera finali.

De *m* littera finali et Wolffius[1]) et Alfredus Kirchhoff[2]) dixit. Atque ille docuit *m* finalem ante vocalem insequentem a Cicerone in clausulis esse elisam[3]), hic illam *m* in clausulis Apuleianis servandam esse demonstravit. Sed quod ad litterae *m* finalis usum apud Quintilianum attinet, *m* finalis in monosyllabis quidem ab eo servari solere mihi videtur, in aliis autem vocabulis elidi. Atque hoc quidem loco de *m* finali non elidenda dicam; en exempla in primis III libris inventa:

iam: II 1,7 *studiīs iăm èffēcĕrìt* — II 21,13 *librō iăm ŏstēndĕrìm.*

quam: I pr. 11 *sīt prŏfèctō quăm ŏrātŏr* — I 7,28 *alitēr quăm ènūntĭāntŭr* — II 2,5 *potiūs quăm ìmmŏdĭcūs* — II 5,7 *ét quăm ŏccūltă càllĭdĭtās* — II 19,3 *manibūs fŭìssēt quăm ìn mārmŏrè* — II 21,16 *meliūs quăm ŏrātŏr* — III 3,14 *materiæ sūnt pòtĭūs quăm ārtĭs* — III 8,51 *sīnt quăm hìs ín dīcēndŏ.* Eodem certe pertinent: I 5,38 *nūmquăm ìn sōlō vērbŏ* — I 12,8 *priūsquăm ŏbdūrŭērūnt.*

rem: III 3,1 *enuntiātur hàbĕăt nĕcèssē (e)st rēm èt vērbă.*

sum: I pr. 1 *diū sŭm ĕquĭdēm rĕlùctātūs.*

---

[1]) annal. phil. class. suppl. XXVI p. 652 sqq.

[2]) annal. phil. class. suppl. XXVIII (De Apulei clausularum compositione et arte).

[3]) Cf. autem haec exempla Ciceroniana, quae ostendunt *m* finalem etiam a Cicerone interdum servatam esse: Phil. II 7 *mē bĕnĕfìcĭūm tūm àccēpĕrìt* — Rosc. 95 *sederēs cūm àccūsātōrĕ.*

tam: I 3,12 *núllă vĭdĕātŭr ǣtās tăm ĭnfírmă.*

tum: I 1,19 *séd tŭm ĕtĭăm tĕnācíssĭmă (e)st* — I 7,16 *habēt tŭm ĭncómmŏd(um) ălĭquándŏ* — III 11,7 *quí tŭm ĕffúgĕrăt.*

vim: II 12,11 *hánc vĭm āppéllănt* — III 6,49 *quŏquĕ vĭm ĭntéllĕgĭt.*

Praeterea velut talibus locis *m* finalem verborum, quae pluribus syllabis constant, servandam esse puto: III 4,16 *delībĕrātīvăm ūtíliăm* — III 6,64 *ín ĕō prǣsértĭm ŏpĕrĕ.*

§ 15.

Observationes variae.

Tres sunt praeterea res, de quibus pauca dicere non erit supervacuum.

A) Primum demonstraturus sum Quintilianum non dixisse *cōnsuētūdŏ*, sed *cōnsŭētūdŏ*, id quod his quidem exemplis probari puto: I 6,1 *cónsŭētúdĭnĕ* — I 6,30 *cónsŭētúdĭnĭ sérvĭt* — I 6,43 *cónsŭētúdŏ* — I 6,44 *convīvĭmŭs ĕx cónsŭētúdĭnĕ* — II 10,9 *cónsŭētúdĭnĕm póssĕt* — III 9,9 *cónsŭētúdŏ dēcēpĕrĭt* — IV 2,28 *cónsŭētúdŏ* — IV 2,132 *interdíxĭt ŭt ĕst cónsŭētúdŏ.* Cf. praeterea hos locos: I 5,29; 6,16; 6,44; V 11,34; 13,43; VI 3,14; VII 2,54; VIII 5,2; IX 3,1; 4,59; X 2,13; 3,9; XI 3,24.

B) His igitur expositis veniamus nunc ad illud, quod mihi ego proximum proposueram: agitur de mensura infinitivi *fieri*[1]), quem creticum esse apud Ciceronem Zielinskius docuit (in Philol. suppl. IX p. 773). Sed apud Quintilianum ille infinitivus mihi videtur esse anapaestus, non creticus. Atque ut ea facilius intellegas, veris clausulis eas uncis inclusas adscribam, quae efficerentur, si *fieri* creticus esset: I 1,3 *superstitiōsē fĭĕrī vĕlĭm* (non: *supērstĭtĭōsē fīĕrī vĕlím*) — I 5,36 *pōssīt fĭĕrī sŏlǣcīsmŭs* (non: *possit fīĕ rí sŏlǣcísmŭs*) — III 6,14 *ideōquĕ fĭĕrī stăt(um) ā rēspōndéntĕ*

---

1) Cf. Skutsch: Zeitschrift f. d. Gymnasialwesen (1909). p. 69 et 72.

(non: *idĕōquĕ fīĕ rī stăt(um) ă rĕspōndĕntĕ*) — III 8,16 *pŏssĕ fĭĕr(i) ăŭt īncĕrtŭm* (non: *ăŭt cērtŭm (e)st pŏssĕ fĭĕr(i) ăŭt īncĕrtŭm*) — III 8,16 *deindĕ fĭĕrī nōn pŏssĕ* (non: *ĕssĕ făcĭēndūm deīndĕ fĭĕrī nōn pŏssĕ*) — IV 3,6 *fĭĕr(i) ŏpŏrtēbĭt* (non: *fĭĕr(i) ŏpŏrtēbĭt*). Praeterea his locis inveniuntur clausulae formae II. his verbis: (— ⏑) *fĭĕrī pŏtĕst* terminatae, quae, si *fieri* creticus esset, non anapaestus, ad formam IV. aut ad aliam etiam deteriorem pertinerent: I 5,63; 8,6; 10,8; II 19,1; IV 1,46.

In hoc uno exemplo: I 4,10 *syllabam fieri* ille infinitivus et creticus potest esse: *sȳllăbăm fĭĕrì* (f. II.) et anapaestus: *sȳllăbām fĭĕrī* (f. I.); quarum clausularum praefero formam I.

C) Reliquum est, ut anquiram, quomodo a Quintiliano verba ex *iacio* et praepositionibus *ad*, *ob*, *sub* composita (: *adicio*, *obicio*, *subicio*) in praesenti tempore enuntiata sint, longa prima syllaba an brevi[1]):

a) *ădicio*, *ŏbicio*, *sŭbicio* utro modo efferas, in his clausulis nil interest: IV 4,9 *ōrdĭnĕ sŭbĭcĭmŭs* aut *ōrdĭnĕ sŭbĭcĭmŭs* — VI 3,81 *negārĕ quŏd ŏbĭcĭtŭr* aut *negārĕ quŏd ŏbĭcĭtŭr*. Praeterea *ădicio*, *ŏbicio*, *sŭbicio* enuntiari potest his locis: II 18,2; III 5,1; 6,62; IV 2,61; 2,102; 3,17; VI 4,8; VII 2,30; XI 3,146.

b) *ădicio*, *ŏbicio*, *sŭbicio* statuendum est, nisi

1) his f. I. clausulis praeferimus clausulam heroicam: I 1,32 *festinatiōn(e) ădĭcĭātŭr* — IV 2,24 *prooemiō sŭbĭcĭēndă* — VIII 6,1 *cuīquĕ sŭbĭcĭātŭr*.

2) cretico praeferimus choriambum in his clausulis: III 6,33 *ŏbĭcĭātŭr vēl fūrtŭm vĕl ămēntĭăm* — IV 2,67 *ădĭcĭēnd(a) ălĭquă mūtāndă* — VIII 6,19 *sŭbĭcĭēndīs rĕpērtă (e)st*.

3) huius clausulae partem incipientem pluribus pedibus compositam delere volumus: III 8,26 *generīs vĕlĭt sŭbĭcī pŏssūnt hŏnĕstātī*.

c) Contra interdum *ādicio*, *ōbicio*, *sūbicio* statuendum est; nam

[1]) Cf. M. W. Mather, De *iaciendi* verbi compositis (Harvard Studies in Classical Philology, vol. VI (1895)).

1) creticum merum praeferemus huic molosso – — ⏑|⏑: II 8,9 *cur nón sĭt ădícĕrĕ còncēssŭm* (non: *cúr nōn sìt ădícĕrĕ còncēssŭm*) — III 6,83 *non íd quŏd òbícĭtūr fàct(um) éssĕ dícĭtúr* (non: *nón īd quŏd ŏbícĭtūr fàct(um) éssĕ dícĭtúr*) — VII 1,13 *sít quŏd òbícĭtŭr án tŭēndŭm* (non: *negandŭm sīt quŏd ŏbícĭtŭr án tŭēndŭm*).

2) hanc f. III. clausulam IV 2,12 *íd quŏd òbícĭtūr fíăt* praeferemus tali f. II. clausulae: *quŏd ŏbĭcĭtùr fíăt* aut tali f. III. clausulae: *íd quŏd ŏb|ícĭtūr fíăt.*

Pars tertia.

De re critica[1]).

Quamquam nonnulla tantum exempla proferre possum, tamen inutile non erit, quia ex iis quoque cognosci potest, quantum clausulae in re critica valeant[2]).

1) I 1,2 *sed hi pauci admodum fuerunt* — Sic Halm et Radermacher[3]) cum codice A. Sed si clausulam in examen vocaveris, clausulam longiorem trochaicam formari animadvertes: *insígnĭă sĕd hí pāuc(i) ádmŏdúm fŭērŭnt*; atque cum haec clausula pessime cludat, lectio mihi videtur suspecta esse. Accedit quod indicativus perfecti temporis *fuerunt* huic loco convenire non videtur neque contendere dubito coniunctivum potentialem perfecti temporis *fuerint* — qui in MS codicibus legitur — aptiorem esse. Si quis enim sententiam lectione codicis A recepta Germanice redderet, verba essent haec: Der natürlichen Anlage der Menschen gemäss werden Stumpfsinnige und Ungelehrige nicht mehr geboren als ungeheuerliche und missgestaltete Körper; aber deren hat es sehr wenige gegeben. Quis non miretur, quod Quintilianus pro certo affirmat hebetes et indociles paucos admodum fuisse? Itaque lectionem codicum MS *fuerint* illi praestare concedes, si verba in Germanicum conversa con-

1) Cf. Wolff, p. 676 sq.; Zielinski: Philol. suppl. IX p. 775; Philol. XIX (1906) p. 604 sqq.

2) Inspicias editionem criticam et C. Halmii (Lips. 1869) et L. Radermacheri (Lips. 1907).

3) R. nihil in apparatu critico adnotat.

sideraveris, quae sunt: aber deren dürfte es sehr wenige geben. Accedit quod in codice Bg. magnae auctoritatis legitur *fuerit.* Praeterea constat Quintilianum creberrime perfecti temporis coniunctivum potentialem usurpasse (cf: Bonnell, lexicon Quintil. p. LXI; Bonnel-Meister, institutionis orat. l. X, p. 13) neque supervacuum erit nonnulla exempla illius coniunctivi perfecti temporis proferre: I pr. 11 *contenderim*; I pr. 18 *fuerit*; I 1,11 *defuerint*; I 1,31 *fuerit*; I 1,37 *fuerit.* Iam recepto *fuerint* haec formae I. clausula: — ⏑ — | — ⏓, quae omnium scriptori maxime placet, efficitur: *ădmŏdŭm fŭĕrĭnt* (ceterum conferas hanc quoque clausulam illi, quod ad verborum compositionem attinet, simillimam: I pr. 18 *nēm(o) ădhŭc fŭĕrĭt*).

2) I 5,69 *Frequenter autem prǣpŏsĭtĭōnēs quŏquĕ cōmpŏsĭtĭ(o) ĭstă cŏrrŭmpĭt.* — In his verbis e cod. A. recipiendis Halmium sequor, non Radermacherum, qui hoc: *copulatio* a reliquis libris traditum pro illo: *compositio* in textu poni vult. Atque quamquam videmus, *compositio* et *copulatio* hoc loco eundem sensum habere: „Zusammensetzung“, quem aliis quoque locis, velut: I 5,35; VIII 3,16, tamen lectionem *compositio* hoc loco veram esse contendo. Nam primum Quintilianus toto primi libri capite quinto semper participio *compositus* utitur, numquam hoc: *copulatus*, quamquam sic *copulatus* ab aliis dictum est quasi *compositus*[1]). Accedit quod scriptor illud verbum *compositio* iam paulo ante (I 5,35) usurpavit. Ante omnia autem hoc verbo *compositio* recepto pars incipiens huius formae I: — ⏑ — | — ⏓ pluribus ex pedibus composita efficitur, quam delebis, si *copulatio* receperis. Sed omnes, qui ea, quae de clausulis prima huius libelli parte dicta sunt, perspexerint, concedent Quintiliano clausulas, quarum pars incipiens pluribus pedibus constat, gratissimas fuisse. Ceterum mihi liceat nonnulla verba a scriptore in I 5,4 facta afferre, ex quibus apparet, quae illius sententia fuerit de usu verborum idem significantium; haec enim

---

[1]) Cf. *simplicia aut composita verba* (Quintil. I 5,3), *genera verborum simplicium et copulatorum* (Cic. orat. 115).

dicit: *sola est, quae notari possit velut vocalitas, quae εὐφωνία dicitur: cuius in eo dilectus est, ut inter duo, quae idem significant ac tantundem valent, quod melius sonet malis*, quae praecipue ad illorum verborum usum in clausulis pertinere videntur (cf. IX 4,60).

3) I 6,16 *quo quidque modo caderet.* Ita Halm Spaldingii coniecturam secutus legit. Equidem ab illis viris doctissimis dissentio, cum non modo in codicibus alia verba legantur, sed etiam clausula illis verbis effecta (– ⏑ ⏑ – | – ⏓) Quintiliano minime probetur. Videamus nunc, quae sint codicum lectiones: atque in codicibus BMSP *quid quoque modo caderet* legitur, id quod Radermacher recepit, sed in codice A et in Regio hoc: *quid quo modo caderet*, quam lectionem recipiendam esse censeo. Primum enim quantum Ambrosiano tribuendum sit auctoritatis nemo ignorat; deinde Quintilianus non solum dixit: *quid quoque modo caderet* (germanice: was für ein Wort und auf welche Weise es ende) pronominibus illis interrogativis *que* particula coniunctis, sed etiam asyndeton huius modi adhibet: I 8,18 *persequi quidem, quid quis unquam . . . dixerit.* — I 4,12 *quare discat puer, . . . quae cum quibus cognatio* (scil. *sit*). — IX 4,44 *refert . . ., qua quibus anteponas.* — XI 3,150 (*cogitare debet orator*), *primum quis, apud quos, quibus praesentibus sit acturus*; cf. etiam: IV 1,52; V 10,17. Itaque nil impedit, quominus *quid quo modo caderet* asyndeto adhibito in textu ponamus, praesertim cum his verbis haec f. I. clausula – ⏑ – | – ⏓ efficiatur, quam Quintilianus plurimi aestimat.

4) II 4,2 *Et quia narrationum, excepta qua in causis utimur, tris accēpĭmŭs spĕcĭēs, fabulam . . .* Sic Halm cum cod. A; sed Radermacher cum cod. B *accipimus species.* Atque Radermachero concedo, si verbum *accipiendi* hoc loco significaret „annehmen“, futurum esse, ut *accipimus* magis congrueret quam *accepimus*, quia Quintilianus antea narrationum species non enumeraverat. Sed mea quidem sententia hoc loco verbum *accipiendi* significat: „(durch die Ueberlieferung) überkommen“, quamobrem *accepimus* recipi-

endum esse censeo. Quo facto concedes lectionem codicis A sensu haudquaquam carere. Quid, quod Quintilianus aliis quoque similibusque locis *accepimus* similiter adhibet:

V 10,63 *partes incertas esse . . ., formas certas . . ., quas tris accepimus, quae populi, quae paucorum, quae unius potestate regerentur.*

V 10,100 *Has fere sedes accepimus probationum in universum, quas neque generatim tradere sat est, . . . neque . . .*

VI 2,8 *Horum autem, sicut antiquitus traditum accepimus, duae sunt species.*

XII 10,67 *sicut quattuor ventos generaliter a totidem mundi cardinibus accepimus flare.*

Ceterum cod. A verba faciunt clausulam formae I. Quintiliano maxime probatam: *accēpĭmŭs spĕcĭēs*; haec autem cod. B tradita: *accipimus species* efficiunt clausulam nullam, quamquam certe clausula exspectatur.

5) III 6,32 . . . *alterum iuridicialem.* — Non potest laudari Radermacher, quod hoc loco aliisque *iuridicalis*, quod codex A tradere solet, legi vult, non *iuridicialis*, quod Halmius secundum codicem B in textu posuit. Clausulis enim demonstratur, a Quintiliano hanc illius verbi scripturam adamatam esse: *iuridicialis.* Velut si hoc loco cum Radermachero scriberemus *ắltĕrŭm iū̆rĭdĭcā́lĕ̀m*, haberemus clausulam illam heroicam ab omnibus scriptoribus damnatam; haec autem scriptura verbi: *ắltĕrŭm iū̆rĭdìcĭā́lĕ̀m* efficit hanc f. I. clausulam — ᴗ — | — ⏓ cretico auctam. Neque minus ex his clausulis intellegi potest scripturam *iuridicialis* praeferendam esse illi *iuridicalis*:

III 6,53 *ab Hērmăgŏr(a) ìntēr spĕcìēs iū̆rĭdìcĭā́līs ū́sĭtā́tŭm* — III 6,62 *translā́tĭònēm sŭbìcĭēns ĕăm iū̆rĭdìcĭā́lĭ.*

Accedit quod nonnumquam cum in codice A (III 6,45) tum in omnibus libris (III 6,53; 6,62) haec illius verbi scriptura invenitur: *iuridicialis.*

6) III 6,77 *finiemus ‚non licet abdicare filium' syllogismo.* — Ne hoc quidem loco Radermachero adstipulari possum, qui *filium* omisit, quia hoc verbum a codice B non traditur, sed Halmium sequi malo, qui cum codd. A b

filium syllogismo scripsit. Atque quia ex lectionis sensu colligi non potest, utrum illo verbo *filium* opus sit necne, ad alia auxilia refugiendum est. Atque primum quidem clausula docemur *filium* omitti non posse. Vt enim hoc verbo recepto haec formae III. clausula satis certe elegans efficitur: *fīlĭŭm sy̆llŏgīsmŏ*, ita illa voce *filium* omissa fit haec formae VII. clausula pessima: *finiemūs*: ‚*nōn lĭcĕt ăbdĭcārĕ*' *sy̆llŏgīsmŏ*. Deinde in primo septimi libri capite, in quo Quintilianus nonnulla exempla tertio libro iam allata iterum profert (cf.: III 6,74 et VII 1,28; III 6,76 et VII 1,16), haec dicit (§ 14): *minus dicto audientem fīlĭŭm lĭcĕăt ăbdĭcārĕ*, quod exemplum, cum illi in capite tertii libri sexto simillimum sit, mihi videtur ostendere lectionem codicis A rectam esse.

7) III 11,28 *Et quoniam* . . . ‚*quae partes essent iudicialium causarum, supra dictum est, proximus liber a prima, id est exordio incipiet.* — Quae codicis A lectio ab Halmio recepta est, haec autem codicum Bn. Bg: *proximus liber prima, id est exordia concipiet* Radermachero magis probatur. Licet recte fecerit vir ille doctissimus, quod aliis locis codicem B codici A praetulit, tamen hoc quidem loco cum Halmio facio.

Primum enim ex verborum contextu intellegi potest codicis B lectionem reiciendam esse. Atque mea quidem sententia *exordia* idem est quod *prima*; sive *prima* omittitur, sive *exordia*, sensus non mutatur: ne longus sim, in codicis B lectione illud *id est exordia* supervacuum est. Quid, quod et *principium* et *exordium* apud Quintilianum idem est atque *prooemium*, quam primam orationis partem esse constat, id quod ex IV 1,1 facile cognosces. Iure autem dubitari potest, num Quintilianus *exordia* dixerit complectens prooemium, narrationem, egressionem, propositionem partitionem, praesertim cum et propositionem et partitionem ad argumentum pertinere scriptor saepius commemoraverit (III 9,1 sq.; IV 4,1). Contra verba codice A tradita aptissima sunt. In hac lectione illud *id est exordio* suo loco est, hic postulatur, hic omitti non potest, quia ex illis verbis intellegimus, quid sit *a prima* (scil. *parte*). Quid quod haec codicis A lectio:

proximus liber a prima, id est exordio incipiet cohaeret et cum iis, quae antecedunt, et cum iis, quae in quarto libro sequuntur. Vt enim verba: *a prima* spectant ad illas *partes* paulo ante commemoratas, ita haec lectio tota ad primum quarti libri caput, quo prima orationis pars, id est exordium, tractatur.

Deinde aliis locis Quintilianeis probatur lectionem codicis A rectam esse. Atque duo saltem afferam exempla, quibus verba codice A tradita et illustrantur et firmantur, quae sunt:

III 9,8 *Neque ideo tamen eos probaverim, qui scribendum quoque prooemium novissime putant. Nam . . . incipiendum ab iis, quae prima sunt.*

VII 10,17 *verum longius fortasse progredior fallente transitu et a dispositione ad elocutionis praecepta labor, quae proximus liber inchoabit.* — Cf. praeterea hos locos: I 4,22; II 14,5; VII 10,11; 10,12[1]).

Tum clausulae magis favent codici A quam codici B. Lectione enim codicis A recepta efficitur haec clausularum forma: — ⏑ — | — ⏒ (*exṓrdĭ(o) ȉncípĭĕt*)[2]), Quintiliano omnium gratissima, lectio autem codicis B clauditur hac f. I. clausula: — ⏑ ⏑ — | — ⏒ (*exṓrdĭă cȍncípĭĕt*), quae scriptori minime placet et ob eam rem vitatur.

8) IV 1,2 *et citharoedi pauca illa . . . prooemium nominaverunt.* — Quae verba ab Halmio recepta habet codex A, haec autem *prooemium cognominaverunt*, quae Radermachero placuerunt, codex B et excerpta quae Cassiodori vocantur. Ego Halmio adstipulari non dubito. Sed cum de duobus verbis agatur, quorum sensus idem fere est, quaeramus, utro verbo Quintilianus uti maluerit. Cognoscimus autem

---

[1]) Adde quod locutio: *liber concipiet aliquid* a Quintiliani sermone aliena est. Nam ille in talibus semper verbo *continendi* usus est, id quod his locis probatur: I pr. 21 *primus liber ea, quae sunt ante officium rhetoris, continebit*; cf. I pr. 11; V 5,2; VI 2,5; XI 1,1; 1,59.

[2]) *o* longam a Quintiliano esse elisam his exemplis demonstretur: I 7,14 *ímpĕdȉmént(o) ĕrĭt*; I 12,5 *umṓrĕ fȁstī́dĭ(o) ắlĭtŭr*; praeterea his locis: I 2,1; 2,7; 9,2; 12,13; 12,18; II 4,42; 7,3; 10,9; 10,13; 21,2; III 6,102; 8,44; 11,4; 11,7.

et verbum *cognominandi* a Quintiliani sermone alienum esse videri, quia nisi hoc loco (IV 1,2) incerto non invenitur (cf. Bonnel, lexicon Quintilianeum, pag. 134),

et aliis locis illi similibus Quintilianum semper dicere *nominare*, non *cognominare*, velut: I 7,1; 8,14; II 14,1; 15,2; 20,2; III 5,11; 6,40; 8,25; V 9,9; 10,33; IX 4,80; 1,23; X 1,1.

Quae cum ita sint, *nominaverunt* recipiendum esse censeo, non *cognominaverunt*, praesertim cum Quintilianus in paragrapho, quae antecedit, dixerit προοίμιον *nominasse*. Quae codicis A lectio etiam clausula confirmatur. Nam quamquam codicis B lectio *prooemium cognṓmĭnàvērŭnt* efficit hanc formae I. clausulam — ᴗ — | — ⏔, tamen verba codicis A: *prooémĭŭm nṓmĭnàvērŭnt* illam formae I. clausulam — ᴗ — | — ⏔ cretico auctam facit, id quod scriptori fuit gratissimum [1]).

9) IV 1,19 *et ego pro regina Berenice apud ipsam eam dixi.* — Quo loco Radermacher laudandus mihi videtur esse, quod codicum AB lectionem: *apud ipsam eam dixi* recepit, codicis P autem: *apud ipsam causam dixi*, quam Halmius in textu posuit, reiecit. *Causam* enim supervacuum est, quia *dicere pro aliquo* etiam voce *causam* omissa significare solet: „jemanden verteidigen". Quod ne Halmius quidem negat, qui in apparatu critico dicat, etiam *apud ipsam dixit* poni posse. Sed cur *eam* omittamus? Nonne Quintilianus aliis quoque locis illa pronomina *is* et *ipse* coniunxit? cf.: II 4,9; VII 2,40; IX 4,17. Atque Quintilianus non solum *id ipsum* (IX 1,14), *hoc ipsum* (X 2,3) dicit, sed etiam *ipsum id* (VIII 2,3), *ipsum hoc* (IX 4,26). Ante omnia autem hoc loco cognoscimus, quantum valeant clausulae in lectionibus diiudicandis. Illa enim lectio: *pro regina Berenice apud ipsam causam dixi* efficit clausulam

---

[1]) Quod in excerptis, quae Cassiodori vocantur, *cognominarunt* legitur, multum valere non potest, quia non accurate Cassiodorius Quintiliani verba descripsisse mihi videtur, quod ex his quidem duobus exemplis cognoscas: IV 1,3 *vocare est* (codd.); *vocari est* (Cass.). — IV 1,5 *fecerimus* (codd.); *feceris* (Cass.).

pessimam, haec autem codicum AB: *apud ī́ps(am) ĕám dīxī̆* facit hanc f. I. clausulam — ⏑ — | — ⏓, quae scriptori omnium maxime placet.

10) IV 5,1 *si scierit, et de quo dicamus, et de quo dicturi postea simus.* — *dicamus* pro *dicimus* codicum Halmius scripsit secutus Meisterum, *simus* autem secundum codd. A b. Sed Radermacher e codice B recepit: *si scierit, et de quo dicimus, et de quo dicturi postea sumus.* Ego Halmio adstipulari non dubito ratus duas interrogationes indirectas esse, non sententias relativas. Nam ut inter omnes constat Quintilianum paulo infra loco illi simillimo (IV 5,26) interrogationibus indirectis uti (*non enim quid dicamus, sed de quo dicturi simus, ostendimus*), ita his quoque locis probatur: IV 1,35 *de quibus dicturus sit orator ostendat*; V 7,10 *scire quid is dicturus sit potest*; V 7,22 *possunt . . . scire quid testis dicturus sit.* — Quod et ex clausulis intellegi potest. Verba enim *dicturi pŏstĕā sīmŭs* formant hanc f. I. clausulam — ⏑ — | — ⏓, Quintiliano certe gratissimam, quae respondet huic f. I. clausulae ⏔ — — | — ⏓ effectae illis verbis: *scīĕrĭt ĕt dĕ quō dīcāmŭs.* Sed si cum Radermachero faceremus, non solum illa clausularum responsio pulcherrima deleretur, sed etiam circuitus ille hac clausula pessima terminaretur: *et dĕ quō dīctūrī pŏstĕā sŭmŭs*, id quod non est verisimile.

11) V 6,6 *nam si dicere contraria turpe advocato videretur, certe turpius habendum facere quod noceat.* — Quod Radermacher hoc loco *videtur* e Iulii Victoris excerptis et codice P saeculo XV. scripto recepit, ei assentiri non possum. Sed Halmium sequi malo, qui *videretur* AB codicum consensu traditum in textu posuit. Nam primum quidem AB codicum auctoritatem pluris esse faciendam puto quam codicis recentioris excerptorumque, in quibus arbitrium excerpentis nimis certe valet. Deinde hanc quoque sententiam ex verbo enuntiationem antecedentem regenti: *praecipere solebant* pendere itaque oblique quasi dictam esse contendo, quia, quod ad sensum attinet, illae duae sententiae sine dubio inter se cohaerent atque aptius sonant, si illi *seniores* omnia dicere videntur. Quamobrem scribendum esse censeo *videretur* ut antea

legimus *deferremus* et *esset permittenda.* Neque quod Quintilianus in fine sententiae dixit *noceat*, non *noceret*, quod tempus praeterito antecedente in oratione obliqua exspectamus, impedire potest, quominus *videretur* recipiamus. Bonnellus enim in ‚Prolegomenis de grammatica Quintilianea (p. LVII)', quae ‚Lexico Quintilianeo' praemisit, ostendit Quintilianum saepe praeterito tempore antecedente praesens coniunctivi ponere, velut: I 1,34; IX 4,87. Denique clausulae codicibus AB magis favent. Vt enim haec verba: *ádvòcàtó vĭdèrētŭr* efficiunt hanc f. I. clausulam — ⏑ — | — ⏓ a Quintiliano creberrime adhibitam, cretico auctam, haec autem verba: *ădvòcàtó vĭdḗtŭr* hanc clausulam f. III.: — ⏑ — | — ⏑ — ⏓, ita lectione codicum AB recepta duo cola, quibus constat illa sententia, iisdem clausulis terminantur:

nam si . . . advocató vĭdèrētŭr,
certe . . . fắcĕrĕ quòd nŏ́cĕăt,

quam clausularum responsionem delere temerarium est.

12) V 8,5 *neque ulla confirmatio nisi aut ex consequentibus aut ex repugnantibus.* — Illa Halmius ex A b codicibus recepit; contra Radermacher *aut ex pugnantibus* cum codd. Bn. Bg. Atque quamquam *ex pugnantibus* idem significat atque *ex repugnantibus* et Quintilianus illo participio verbi *pugnandi* aliis locis utitur, velut: V 10,74; 14,2, tamen facere non possum, quin Halmium sequar. Nam ut omittam magnam codicis A auctoritatem, Quintilianus et in § 6 dicit: *repugnantes*, et V 10,2 eandem illorum verborum compositionem habet: *tertium, quo certam quandam argumenti conclusionem vel ex consequentibus vel ex repugnantibus* (scil. *significat*). Ante omnia autem, si consideraverimus clausulas, cognoscemus *repugnantibus* recipiendum esse. Haec enim verba: *aut ex consequḗntĭbŭs ắt ḗx rĕpùgnā́ntĭbŭs* efficiunt f. II. clausulam elegantem — ⏑ — | — ⏑ ⏓ insuper choriambo auctam, illa autem verba: *aut ex consequentibus ắt ēx pùgnā́ntĭbŭs* formant hanc f. II. clausulam — — — | — ⏑ ⏓ illi — ⏑ — | — ⏑ ⏓ haudquaquam parem pretio.

Vita.

Natus sum Iosephus Gladisch die VI. mensis Augusti anni 1882 in Silesiae superioris urbe, cui est nomen Sohrau, patre Antonio, matre Anastasia e gente Slonina. Fidem profiteor catholicam. Litterarum elementis imbutus gymnasium Gleiwitzense adii, quod vere anni 1903 testimonium maturitatis adeptus reliqui, ut in universitate Vratislaviensi studiis philologicis operam navarem. Philosophorum ordini adscriptus per decem semestria scholas frequentavi. Docuerunt me viri doctissimi:

Baumgartner, Bobertag, Cichorius, Drescher, Ebbinghaus †, Foerster, Freudenthal †, Hoffmann, Jacoby, Kaufmann, Koch, Norden, Siebs, Skutsch, Stern, Wendland, Zacher †.

Per tria semestria proseminarii philologici et archaeologici exercitationibus interfui; seminarii philologici fui sodalis ordinarius moderantibus Foerstero, Nordeno, Skutschio, Wendlandio.

Quibus omnibus iustas ac debitas et nunc ago gratias et semper habebo, maximas vero Francisco Skutsch, qui huic opusculo operam curamque impendere non desiit.

Theses.

1) In Galli Cir. v. 40 cum Skutschio legendum est: *aeterno ut sophiae coniunctum carmine nomen* (codd.: *aeternum sophiae*).

2) In Galli Cir. v. 404 cum Maehlyo legi volo: *supprimite o paulum turbantia flamina venti* (codd.: *turbati*).

3) Quintilianus in ea parte operis sui, qua de clausulis agit, Ciceronem secutus est.

4) Valerium Maximum *m* finalem abiecisse clausulis demonstrari nego.